ti per dñm Archiep̃m ſeu alium ad hoc poteſtatem ha-



bẽtem. vt & prout & ſicut dictis ꝓcuratoribus & cuili
bet vel alteri eoꝝ videbitur & placebit.

¶Ad impetrandum licentiam.

¶Item ad impetrandũ petendũ & obtinẽdũ ſemel &
plureis & quotiẽs voluerint & dictis ꝓcuratoribus &
cuilibet vel alteri eoꝝ videbitur & placebit omnem &
quãcunq; gr̃am & ſeu beneficiũ in & ſup quacũq; re ne-
gocio cã & occaſione cuiuſcunq; rei & negocii vel cau-
ſe dicti conſtituentis a quocunq; ſuperiore & ſuperiori
bus in quacunq; dignitate conſtituentis.

¶Ad præſentandum

¶Item ad p̃ſentandũ. D. b. electũ & ſeu eligendũ p di-
ctum cõſtituentem ad rectoriam ſancti Laurẽti de Flo
rentia ac ip̃m electũ p̃ſentandũ cuicũq; ſupiori q ptãtẽ
hẽret cũ cõfirmandi ad petendũ eũ confirmari ad recto
ria & in rectorem dicte eccleſie. & ad oĩa & ſingula alia
faciendum procurandum gerendum & exercendum
quæ in prædictis & circa prædicta fuerint quolibet
neceſſaria requiſita & oportuna.

¶Ad petendum dari tutorem.

¶Item ad petendum & faciendũ dari tutorem & cura
torem & tutores & curatores hereditati iacenti quon-
dam Matthei Federigi. illũ vl̃ illos quẽ vel quos dictis
ꝓcuratoribus & cuilibet vel alteri eorũ videbit̃ & pla-
cebit & ſeu quem vel quos nominabunt & ad nominan
dum ſemel & pluries. & ad omnia & ſingula alia facien-
dum dicendum procurandum & exercendum in prædi
ctis & circa prædicta neceſſaria conſueta & oportuna.

¶Ad recipiendum depoſitum.

¶Item ad faciendũ ſeu ẽt recipiendũ pro ipſa cõſtituen
te oẽ & qdcunq; depoſitũ & depoſita in iudicio & ex-
tra expediens & ſeu conſuetũ ex quacunq; re cã lite ſeu
negocio dicte conſtituentis. & generaliter omne quod-
cunq; depoſitũ faciendum & recipiendũ quotiens & p-

tur de ipſorum procuratorum & cuiuſlibet vel alterius eorum libera proceſſerit voluntate.

¶ Ad conſentiendū cuicunq; negocio.

¶ Item ad conſentiendū & expſſum conſenſum para/ b lam & licentiā dandū & cōcedendū p noīe dicte cō ſtituētis ſuper quocūq; ꝯtractu vel obligatione fienda & celebranda p quacūq; perſonā noīe dicti ꝯſtituentis. vel alieno noīe & ſup quo qua & qbus qūolibet requi/ reretur cōſenſus & licentia dicte conſtituentis tacite & expreſſe & eo mō & forma & put & ſicut dictis pcura toribus & cuilibet vel alteri eoꝝ videbitur & placebit.

¶ Ad exigendum.

¶ Item ad petendū exigendū & recipiēdū & ſe habuiſ ſe & recepiſſe confitendū & recognoſcendū in iudicio & extra particulariter & in totum florenos centū auri largos eidem conſtituenti debitos vel debendos quos dictus. A. conſtituens habere debet vel habere debebit in futuꝝ a communi Florentiæ ſeu a camerariis camere cōmunis Florentiæ ſeu a dominis decem balie dicti cō/ mūis occaſione cā vel pretextu ſalarii ſtipendii vel ſoldi ipſius. A. vel alia quacunq; de cā ratione vel modo quæ quomodolibet dici vel excogitari poſſet cum ſcriptura vel ſine. publica vel priuata. pure in diem vel ſub condi/ tione. & exinde ſe nomine dicti cōſtituentis bene paga tum tacitū & contentū vocandū. Et de exactis finien/ dum. & finem qetationem liberationem abſolutionem remiſſionem & pactū perpetuū faciendū de vlterius ali quid nō petendo ad ſenſum ſapientis & ad voluntatē dicti cōmunis Florentiæ et ſeu dictoꝝ camerarioꝝ vel decem balie dicti communis Florentiæ.

¶ Ad finiendum.

¶ Item ad finiendū & faciendū finē remiſſionem quie tationem liberationem abſolutionem tranſactionem & pactū perpetuū de vlterius nos petendo tam generali ter q̄ ſpecialiter & eo mō & forma & put & ſicut de di/ ctorū pcuratorū & cuiuſlibet vel alterius eorū libera p/ ceſſerit volūtate. de oī ex toto eo qd' dicta ꝯſtituens pe tere ſeu recipere vel habere debet nūc vel in futuꝝ a qua cūq; vel qbuſcūq; pſona & a pſonis loco cōmuni colle/ gio ſocietate & vniuerſitate cū ſcriptura vl' ſiue publica vel priuata, pure. in diē vel ſub cōditiōe quacūq; rōne. & de pdictis oībus & ſingulis & depēdentibus & cōne xis ab eiſdem oēs & ſingulas cōpoſitiones & pacta fa/ ciendiū cum oī & quacunq; & ſeu quibuſcunq; perſona & perſonis & prout & ſicut dictis procuratoribus & cuilibet vel alteri eorum videbitur & placebit.

¶ Ad ſubſtituendum.

¶ Item ad ſubſtituendum & loco ſui ponendū & ſurro gandum pcuratorē & procuratores vnum vel plures ſe mel & pluries & totiens quotiens dictis procuratori/ bus & cuilibet vel alteri eorum videbitur & placebit & dictos procuratores ſic ſubſtitutos & ſeu ſubſtituen/ dos reuocandum: præſenti principali mandato nihilo/ minus ſemper in ſuo robore & firmitate remanente. Et gnāliter ad oīa & ſingula faciendū gerēdū pcurandū & exercendū q̄ in pdictis & circa pdicta & quolibet p/ dictoꝝ viderint neceſſaria vtilia & qūolibet oportuna & q̄ iuris ordo & facti qualitas pdictis poſtulāt exigūt & reqrunt & quæ ipſamet cōſtituens facere & exercere poſſet ſi dñs eſſet & iſup ad oia & ſingula negocia dictę cōſtituentis: ēt ſi talia eſſent q̄ mandatū exigerēt magis ſpāle vel generale. Dans & concedens at q; committens dictis ſuis procuratoribus & cuilibet eorum inſolidum & ſubſtituendis ab eis & quolibet eorum plenum li/ berum & generale ac ſpeciale mandatum cum plena li/ bera generali ac ſpeciali adminiſtratione omnia & ſin gula faciendi ſuper prædictis & quolibet eorum & dependētibus & connexis ab eiſdem, nec non pro/

mittẽs & conueniens dicta conſtituens mihi .L. nota-
rio infraſcripto ut publice perſone recipiẽti & ſtipulan-
ti pro omnibus & ſingulis quorum intereſt iterit aut
intereſſe poterit quomodolibet in futurum ſe perpe-
tuo firmum ratum & gratum habiturum omne id to-
tum & quicquid per dictos ſuos procuratores & quem
libet vel alterum eorum vel ſubſtituẽdos ab eis & quo-
libet eorum in prædictis & circa prædicta & quolibet
prædictorum actum factum geſtum procuratumue
fuerit: & contra nullo modo facere vel venire per ſe vel
per alium aliqua ratione iure modoue cauſa de iure vel
de facto in iudicio vel extra ſub ypotecha & obligatio
ne ſui ſuorumq; heredum & bonorum oĩum & ſingulo
rum mobilium & imobiliũ præſentiũ & futurorum. Re-
uelans inſup & reuelare uolens dicta dña cõſtituens di
ctos ſuos procuratores & ſubſtituendos ab eis: & quẽli
bet eorũ inſolidũ ab oĩ onere ſatiſdãdi. promiſit & ſo-
lẽni ſtipulatione cõuenit mihi.L.notario antedicto & i
fraſcrpto & publice perſone vt ſupra recipiẽti & ſtipu-
lanti pro & uice & noĩe oĩum & ſingulorũ quorum itet
eſt intererit aut intereſſe poterit qũolibet in futurum de
iudicio ſiſti & iudicatũ ſoluendo & ꝙ tempore ferende
ſnĩe in iudicium ueniet ſi opus fuerit & comode fieri po
terit. & omnia dabit & ſoluet aduerſariis ſuis pro om-
nibus & ſingulis quæ in condẽnatione continebuntur.
niſi fuerit prouocatum ſub ypotheca & obligatione ſui
ſuorumq; heredũ & bonorum oĩum & ſingulorum mo
bilium & imobilium præſentium & futurorũ. Rogas
me.L.notarium antedictum & infraſcriptum quatenus
de prædictis publicum conficerem inſtrumentum.

¶ Subſtitutio.

¶ In dei nomine amẽ. Anno domini &c. prouidi uiri.
M. & Ioã. ciues Florentini & de populo ſancti Stepha
ni ad põtem ꝓcuratores & procuratorio noĩe dñe Ca.



donati put de eorũ mandato cõſtare dixerunt manu ſer
Angeli Franciſci ciuis & notarii publici Florentini ſub
die.xxx.Ianuarii.M.cccc.lxxx. habentes mandatum ut
dixerunt ad ſubſtituendũ & multa alia faciendũ quæ in
dicto eorũ mãdato dixerũt latius cõtineri uigore dicti
ſui mãdati & oĩ meliori mõ via iure & forma quo qua
& quibus magis & melius potuerũt & eis licuit: & licet
ſubſtituerũt: & loco & cuiuſlibet eorũ poſuerũt nobilẽ
& prudẽtẽ uirũ Alfonſum Ferdinãdi ciuẽ florentinũ p̃
ſentem & ſuſcipiẽtẽ: vel abſentẽ ſed tãquã præſentẽ ad
ea oĩa & ſingula faciendũ ꝓcurandũ & exercendũ: que
ipſimet ſubſtituentes vigore dicti eorũ mãdati facere
pñt. In ſeipſis nihilominus & quolibet eorũ reſeruando
& retinendo firmo principali mandato. Rogantes &c.

¶ Procura duratura poſt mortem.

¶ Antonius olim Sigiſmundi ciuis florẽtinus & de po
pulo ſanctæ Mariæ maioris de Florentia citra tamẽ re-
uocationẽ &c. oĩ meliori modo &c. fecit cõſtituit crea-
uit & ordinauit ſuũ verũ & legitimũ procuratorẽ acto
rẽ factorẽ & certũ nuncium ſpãlem & irreuocabilem &
firmiter duraturũ poſt mortẽ dicti cõſtituentis: & quem
ex aliqua vel per aliquã aliã procurationẽ conſtitutio-
nẽ vel actum quẽ ſeu quã per dictum conſtituentẽ fieri
cõtigerit. vel per aliquem ſinẽ ſpãlem vel generalem ſeu
ſpãlem tacitã vel expræſſam reuocationẽ vel ſuſpenſio
nẽ uoluit non reuocari aliqualiter vel ſuſpẽdi: aut reuo
catum & ſuſpẽſum intelligi nobilẽ uirũ Ioannẽ Xpofori
ibidem præſentẽ & dictum mãdatũ in ſe ſpõte ſuſcipiẽ
tẽ. Quod mãdatum maxime ad infraſcripta durare uo-
luit & uires hẽre poſt mortẽ ipſius cõſtituẽtis. & tã ip-
ſius cõſtituentis hereditate adita quam non adita: & ſeu
iacente ſeu etiã repudiãte: nec poſſe ulla de cã reuocari
ſuſpendi vel impediri in oĩbus & ſingulis cauſis &c. Ad
agendũ &c. Item ad intrandũ in tenutã &c. Item ad fa-

tiendum capi &c. & generaliter &c. Dans & concedens dictus cōſtituens dicto Ioāni eius procuratori prædicto & ſubſtituendis ab eo plenum liberum generale ac ſpāle mandatum cum plena libera generali ac ſpāli adminiſtratione &c. vt ſupra in primo mandato. Et inſup dictus. A. ex certa ſcientia & non per errorem abſoluit finiuit & liberauit dictum Ioānē procuratorem ſuum ibidem præſentem & recipiētem & quoſcūq; ſubſtituendos ab eo licet abſentes & me notarium infraſcriptum præſentem & pro eis & quolibet eorum & eorum uice & noīe vt publicam pſonam recipientem ab oī adminiſtratione ſeu pcuratione quæ per dictum procuratorē vel ſubſtituendos ab eo procurari. geri exigi recipi hēri & ꝯfiteri vel fieri contigerit: & eorum oīum: que ad manus dicti procuratoris vel ſubſtituendorum ab eo vigore pręſentis mandati qūolibet peruenerint. & ex nūc fecit dicto Ioanni ibidem pręſenti. & pro ſe & ſuis heredibus recipienti & ſtipulanti & mihi notario antedicto & infraſcripto: vt ſupra recipienti & ſtipulanti finē qetationem liberationem abſolutionem & pactum perpetuum de ulterius non petendo de oībus & ſingulis ſupradictis. & de omni & toto eo ad quod dictus Ioānes procurator prædictus & ſubſtituendi ab eo conſtituendi & eis heredibus qūolibet tenerentur vel teneri poſſet & ſeu poſſent & hoc mādatū irreuocabile iuſſit eſſe quod irreuocabiliter durare uoluit & uires habere. vt pmittitur etiā poſt mortē dicti cōſtituētis tam ipſius. A. hereditate adita. q̄ iacēte: ſeu qūolibet repudiata. Et inſuper dictus cōſtituens iuſſit voluit & mādauit hoc p̄ſens mandatū totiens haberi & cenſeri confirmatum: & de nouo factū & conſtitutum quotiens & quādo appareret aliqualiter reuocatum ſuſpēſum ſopitum vel viribus euacuatū. Et dictū Ioānē & ſubſtituēdos ab eo caſu exnūc ꝑut extūc & extūc ꝑut exnūc de nouo cōſtituit:



& pro nouiter tunc cōſtituto & cōſtitutis haberi voluit & mandauit ad omnia & ſingula ſupraſcripta promittens eidem Ioanni ibidem præſenti & pro ſe & ſuis heredibus recipienti & ſtipulanti: necnon mihi notario antedicto & infraſcripto vt publicæ perſonæ recipienti & ſtipulanti pro omnibus & ſingulis quorum intereſt intererit aut intereſſe poterit quomodolibet ī futurum ſe prædictum mandatum non reuocare nec ſuſpendere quoquo modo & prædicta omnia & ſingula. & quicquid per dictum procuratorem & ſubſtituendos ab eo & quemlibet vel alterum. eorum actū factumue geſtumue procuratoremue fuerit perpetuo firmum & ratum habere & tenere: & contra non facere vel venire per ſe vel alium quoquo modo in iudicio val extra de iure vel de facto ſub pena dupli eius quod pro tempore ageretur vel peteretur quæ pœna totiens commitatur & peti & exigi poſſit & valeat cum effectu: quotiens contra prædicta vel eorum aliquod factum fuerit ſiue ventum qua pœna commiſſa vel non: ſoluta vel non: ſeu etiam gratioſe remiſſa rata & firma maneant nihilominus omnia & ſingula ſupraſcripta. Sub hypotheca & obligatione ſui ſuorumq; heredum & bonorum omnium præſentium & futurorum. Rogans me Leonardum notarium infraſcriptum. quatenus de prædicti publicum conficerem inſtrumentum hoc.

## ¶ Reuocacio procuratoris.

¶ Anſelmus olim Franciſci &c. conſtitutus in præſentia mei notarii infraſcripti & teſtium ſupraſcriptorum omni meliori modo via iure & forma quibus magis & melius potuit publicæ palam & ī multorum hominum præſentia clare & expræſſe reuocauit omnē & quālibet procuratione: omne: & quodcunq; mandatū per ipſum Anſelmum vſq; in præſentem diem hactenus datum

vel factum in .B.&.F. quacūq; ratione iure mō vel cau
ſa in genere vel in ſpecie & ſub quibuſcunq; verbis &
alio quouis modo qui quomodolibet dici uel excogita
ri poſſit. Et ipſos .B.&.F. eius procuratores prædictos
præſentes audientes & intelligentes ſi ſunt & quēlibet
eorū reuocauit ab omni & quolibet mādato & procu/
ratione: & ab omni officio ꝓcurationis & mādati p ip/
ſum Anſelmum uſq; in præſentē diem eis & cuilibet eo
rum quomodolibet dati collati & facti p ſe vel alium di
recte vel indirecte tacite & expræſſe: i genere vel in ſpe
cie & ſub quibuſcūq; verbis & alio quouis modo: iure
ratione vel cauſa quæ quomodolibet dici vel excogita
ri poſſit. Volens & mādās ex nunc dictus Anſelmus om
nem & quēlibet ꝓcurationē: & omne & quodlibet man
datū per eum: vt dictū eſt: conſtitutū & collatum dictis
Bartholomeo & Frāciſco: & cuilibet vel alteri eorum:
& omnia & ſingula in dictis mādatis & in quolibet eo/
rū cōtenta caſſa eſſe: uana irrita & nullius valoris robo/
ris, auctoritatis: efficaciē vel effectus. Et oīa & ſingula
in prædictis. ꝓ prædictis & circa prædicta & quodli
bet prædictorū geſta: promiſſa: vel facta per ipſos Bar/
tholomeū & Frāciſcū & quēlibet vel alterum eorum: &
oīa & ſingula ab eis & quolibet vel aliquo: ſeu aliqui/
bus eorūdem dependētia: vel cōnexa publicæ palam &
manifeſte: & in multorū hominū & perſonarū præſen/
tia expręſſe reuocauit caſſauit & irritauit & annullauit
& caſſa irrita: & annullata eſſe voluit & mandauit & ꝓ
caſſis & reuocatis & annullatis haberi & teneri iuſſit &
declarauit. Rogans me notariū īfraſcriptum: quatenus
de prædictis publicum conficerem inſtrumentum.

¶ Vel dicas breuius. & maxīe de reuocatione ſpeciali.

¶ Petrus Dominici Philippi de Florentia conſiderans
& aduertens ꝙ de anno ꝓxime pterito. M.cccc.xci. &
die ſecunda menſis Februarii dictus Petrus ſuum ꝓcu/





ratorem conſtituit & fecit Bernardū Ioannis gucci de
Feluſis vt latius conſtat publicum inſtrumentū inde ro
gatum manu ſer Chriſtofori de vitulino notarii publici
florentini & ꝙ dictus Bernardus non eſt ydoneus vel
aptus in dictum mandatū exercēdū ſe male gerit & gu/
bernat circa negocia et cauſas dicti Petri. Et omni me/
liori mō via iure & forma qbus magis & melius potuit
& poteſt reuocauit & annullauit dictū mandatū in di/
ctum Bernardū collatū. & dixit & aſſeruit ſe pœnitere
de mandato prædicto & noluiſſe & nolle dictum Ber
nardum amplius gerere vel adminiſtrare aliqua negocia
vel cauſas dicti Petri. Rogans &c. vt ſupra.

Alia procura breuior.

¶ Publice omnibus pateat qualiter ſpectabilis Vir. A.
olim Laurentii de Pantaleonibus de Florentia ciuis flo
rentinus citra tū reuocationē alicuius ſui ꝓcuratoris p
hactenus conſtituti & oī meliori mō via iure et forma
quo quā et quibus magis et melius potuit et pōt confi
dens in bonitate prudētia et ꝓbitate infraſcriptoꝝ Hie
ronymi Orlandi et Sigiſmōdi olim Gerhardi fecit con
ſtituit creauit et ſolēniter ordinauit ſuos veros certos le
gitimos et indubitatos ꝓcuratores actores factores ne/
gociorumq; ſuorū infraſcriptorū geſtores ac nūcios ſpā/
lis et gnāles ita tū ꝙ ſpālitas generalitati non deroget
nec econtra pręfatos nobiles et prudētes viros Hierony
mū et Sigiſmundū licet abſentes ſed tanq̄ præſentes et
quēlibet eoꝝ inſimul inſolidū et de p ſe ita tū ꝙ non ſit
melior cōditio primitus occupantis nec deterior ſubſe/
quentis ſed ꝙ vnus eoꝝ incœpit alter mediare et termi
nare valeat et cum effectu finire. et lite ꝯteſtata ſpāliter
noīati et expræſſe ad ipſius. A. ꝯſtituētis noīe et pro eo
et eius heredibus et ſucceſſoribus emendū et titulo em/
ptionis in ſe recipiendū nonnullas poſſeſſiones poſitas
in comitatu ſiue diſtrictu Florentiæ iuxta ſuos cōfines

cũ oĩbus iuribus & ptinentiis introitibus & ęgreſſibus
earũdem poſſeſſionũ. ꝓ eo p̄cia noĩe p̄cii de quo dictis
ꝓcuratoribus ſuis & cuilibet iuris alr eoꝝ videbitur &
placebit ab alio vel illis pſona vel pſonis loco cõi colle/
gio ſocietate & anniuerſitate vno vel pluribus qui di/
ctas poſſeſſiones eidem Antonio vendere & in eum ti/
tulo venditionis transferre voluerint. & præcium con/
uentum pro dictis poſſeſſionibus dictis venditoribus
vni vel pluribus pro dicto Antonio cõſtituente & eius
heredibus & ſucceſſoribus ſoluendum & nũmerãdũ qe
tationem abſolutionem liberationem ac pactũ ppetuũ
de vlterius non petẽdo recipiendũ ab eiſdem vendito/
ribus vno vel pluribus. necnon ad petendũ & recipien/
dum a dictis venditoribus ſufficientem & ydoneã fide
iuſſionẽ & cautionẽ de emptione & de & pro defenſio
ne dictaꝝ poſſeſſionũ: & in caſu euictionis de præcii re
ſtitutione cũ penaꝝ adiectione & aliis cautelis & clau/
ſulis in ſimilibus inſtrĩs emptionis & venditionis appo
ni cõſuetis iuxta formã iuris & ſtatutoꝝ cõis Florentiæ
& ſtilum & cõſuetudinẽ notarioꝝ ciuitatis Florentiæ.
¶ Item ad intrãdũ adipiſcendũ adeũdũ & appræhẽdẽ
dum ꝑ ipſo. A. ꝯſtituente & eius heredibus & ſucceſſori
bus & ipſoꝝ noĩbus tenutã & corporalẽ poſſeſſionẽ di
ctaꝝ poſſeſſionũ & bonoꝝ vt ſupra emẽdoꝝ. Et ipſas
poſſeſſiones & bona emẽda locãdũ & diſlocandũ ad fir
mã ſeu annã pẽſionẽ & ad locãdũ vel ad afflictũ & dan
dũ ꝯcedendũ illi vel illis cui vel qbus et ꝓ eo tpe & p̄cio
& aliis melioribus modis formis pactis ꝯditionibus &
ꝯtẽtionibus de qbus & ꝓut dictis ſuis ꝓcuratoribus vł
alteri eoꝝ vtilius fore videbit̃ & placebit. Obligatiões
quoq; cautiones & pacta licita faciendũ & recipiendũ
iura noĩa & actiones tam realia q̄ perſonalia q̄ ẽt mixta
in rem ſcripta ex officio iudicis dependentia acquiren/
dum & conſequendum in iudicio & extra. Et pro præ/


dictis oĩbus & ſingulis fieri & cõfici faciendũ inſtra &
inſtrm vnũ & plura vallanda & roboranda oĩbus & ſin
gulis clauſulis & capitulis & pœnis neſariis & oportu
nis fructus quoq; reditus & prouentus dictarum poſſeſ
ſionum vt ſupra emendarum a quibuſcunq; inquilinis
colonis laboratoribus vel conductoribus ipſarum ſeu
illas alias tenentibus quomodocunq; petendum exi/
gendum leuandum & recipiendum & recuperandum
& ſe habuiſſe & recepiſſe confitendum ſemel & plu/
ties. & omni quolibet anno. & totiens quotiens tem/
pus meſſium & vindemiarum aut conuentionum vt
ſupra fiendarum euenerint. pactumq; reale & perſo/
nale de nil plus vlterius petendo faciendum. cum om
nibus & ſingulis clauſulis in talibus fieri & apponi ſoli
tis & conſuetis. Et ſi neceſſe fuerit pro præmiſſis &
quolibet præmiſſorum coram quibuſcunq; iudicibus
tam eccleſiaſticis q̄ ſecularibus comparandum & debi
tores quoſcunq; fructum reddituum & prouentuum
dictarum poſſeſſionum vt præmittitur emendarum &
cuiuſlibet vel alterius earum capi bacchettari arreſta/
ri & in carceribus perſonaliter detineri. & ab ipſis re/
laxari & liberari faciendum ſemel & pluries. & totiens
quotiens opus fuerit & dictis ſuis procuratoribus &
cuilibet vel alteri eorum libere videbitur & placebit.
Agendum propterea cauſandum & defendendum li/
bellum & libellos ac quaſcunq; petitiones ſummarias
dandum recipiendum dari & recepi videndum litem
& lites conteſtandum & conteſtari videndum de ca/
lumnia iurandum & varietate dicendum & cuiuſli/
bet alterius generis licitum iuramentum in animam
& ſuper animam dicti conſtituentis præſtandum &
præſtari videndum: ponendumq; articulandum & po
ni & articulari videndum. poſitionibus & articulis
partis aduerſe reſpondendum ſuiſq; reſponderi peten

dum: confitendum vel negandum. teſtes inſtrumenta & iura quelibet & quelibet probationum genera indu- cendum producendũ & allegandum. iudicem notarios et loca eligendum et recuſandum ſuſpectos et confidentes dandũ. et tam ſuos quam partis aduerſe teſtes iurari recipi et examinari petẽdum et eorum dicta et atteſtationes publicare videndum et faciendũ et aduerſe partis ſi opus fuerit teſtes redarguendum. de falſo et vario accuſandum et eorum dictis et atteſtationibus ciuiliter et criminaliter opponendum. conſilium ſapientis petendum in cauſa & cauſis concludendum & renunciandum & concludi & renunciari videndum & petendum. ſententiam & ſentẽtias tam interlocutorias q̃ diffinitiuas audiendum & dari & feri petendum & ab ea & eis & quolibet alio grauamine illato vel in ferendo prouocãdũ & appellandũ & de nullitate dicendũ & opponendum & cauſam & cauſas appellationis & nullitatis oppoſitionis proſequendũ vſq; ad finem litis & cauſę. Abſolutionem vero ſimpliciter & ad cautelã necnon reſtitutionem in integrũ & quæcũq; alia iuris beneficia impetrandum & obtinẽdum. & impetratis ex aduerſo cõtradicendũ. Vnum quæq; vel plures procuratores ad litigandũ & agendũ dumtaxat ſubſtituendum: cumq; vel eos reuocandũ: & onus procurationis hmõi ſe reſumendum: & totiens quotiens eiſdem procuratoribus & cuilibet vel alteri eorꝫ libere videbitur & placebit. Et generaliter ad oĩa & ſingula alia faciendum dicendum gerendum & procurandum exercendũq; in prædictis & circa p̃dicta neceſſaria fuerint ſeu ẽt q̃uolibet opportuna. & quæ ipſemet Antonius conſtituens faceret & facere poſſet: ſi in præmiſſis & quolibet præmiſſorꝫ pręſens eſſet ſi ẽt ſi talia forent q̃ mandatũ exigerent magis ſpãle. Dans & concedens atq; cõmittens dictus Antonius cõſtituens dictis ſui ꝓcuratoribus & cuilibet eorum in



prædictis & circa prædicta plenũ liberꝫ generale ac ſpeciale mandatum cum plena libera generali ac ſpeciali adminiſtratione omnia & ſingula faciendi ſuper pręd ictis & quodlibet p̃dictorꝫ & depẽdentibus & connexis ab eiſdem promittens inſuper & conueniens dictus Antonius conſtituens mihi. L. notario infraſcripto vt publicæ perſonæ recipienti & ſtipulanti ꝑ omnibus & ſingulis quorum intereſt interetit: aut intereſſe poterit quõlibet in futurꝫ ſe ratũ gratũ atq; firmũ perpetuo habiturꝫ omne id totũ & quicq̃d per dictos ſuos procuratores & ſubſtituẽdos ab eis & quẽlibet vel alterꝫ eorum actũ factum dictum geſtum procuratũue fuerit & cõtra nullo modo facere vel venire per ſe vel alium aliqua ratiõe iure modo vel cauſa de iure vel de facto in iudicio vel extra. Reuelãſq; & reuellare volens idem Antonius cõſtituens dictos ſuos procuratores & ſubſtituẽdos & ab eis vt ſupra ab omni onere ſatiſdandi de iudicio ſiſti & iudicatum. ſoluendo promiſit mihi. L. notario ante dicto & infraſcripto vt p̃fertur recipienti & ſtipulanti de iudicio ſiſti & iudicatum ſoluendo. & q̃ tempore ferende ſnie in iudicium veniet: ſi opus fuerit & cõmode fieri poterit. & oĩa dabit & ſoluet aduerſariis ſuis pro oĩbus & ſingulis q̃ in condẽnatione cõtinebunt̃ niſi fuerit prouocatum vel de nullitate dictũ ſub hypotheca et obligatione ſui ſuorũq; heredũ & bonorꝫ oĩum & ſingulorum præſentium & futurorꝫ. Rogans me. ſ. notarium antedictum & infraſcriptum quatenus de prędictis publicum conficerem inſtrumentum.

Inſtrumentum arratum.

¶ In dei noĩe amen &c. ponas annũ indictionem. diẽ locum: & locum loci: & nomina teſtium. publicæ omnibus pateat qualiter Franciſcus olim Symonis Ambroſii ciuis florentinus & de populo ſancti Apollinaris de Florẽtia per ſe & ſuos heredes omni meliori modo via

iure & forma quibus magis & melius potuit ex certa ſcientia: & non per errorem aliquẽ iuris vel facti ꝓmiſit & ſolẽni ſtipulatione cõuenit. B. ꝑſenti & pro ſe & ſuis heredibus & ſucceſſoribus. & cui vel qbus iura ſua conceſſerit recipienti & ſtipulanti. dare vendere: tradere & cõcedere eidẽ. B. vel eius heredibus & ſucceſſoribus. & cui vel qbus iura ſua conceſſerit quandã domũ poſitam Florentię &c. ponas cõfines pro ꝑcio & noĩe veri & iuſti præcii florenoꝝ centũ decẽ auri largoꝝ & eidem. B. poſſeſſionẽ tradere & ĩ poſſeſſionẽ dictoꝝ bonoꝝ inducere & inſtrumentũ venditionis idem facere vallandum & roborandũ clauſulis & pactis cautionibus & verbis vſitatis & apponi conſuetis in aliis inſtrumentis ſimilium venditionũ ſecundum ſtilum notariorum ciuitatis Florentiæ quandocunq; hinc ad vnũ annum dictus. B. dederit & ſoluerit eidem. F. florenos cẽtum auri largos boni & iuſti ponderis & comi florentini & vel ipſos florenos centum auri largos depoſitauerit pœnes camerarium hoſpitalis ſanctæ Mariæ noue de Florentia: & eidem Franciſco prædictum vel depoſitum legitime notificauerit & ipſum Franciſcum de hoc requiſiuerit perſonaliter vel ad domum & qui. B. ex aduerſo per ſe & ſuos heredes omni meliori modo via iure & forma quibus magis & melius potuit promiſit & ſolemni ſtipulatione conuenit dicto. F. præſenti & pro ſe & ſuis heredibus recipienti & ſtipulanti: dare & ſoluere: & cum effectu numerare eidem. F. facta dicta venditione & inſtrumento dicte venditionis reſiduũ dicti præciidict domus & bonorum: videlicet dictos florenos centum auri largos & ſeu dictos florenos centum auri largos: vt ſupra depoſitare pœnas dictũ camerarium hoſpitalis ſanctæ Mariæ noue de Florentia & hoc ideo promiſit dictus Fran. dicto. B. quia dictus. B. in ꝑſentia mei. L. notarii infraſcripti & teſtium ſupraſcripto dedit & actualiter & cum effectu vere & in pecunia numerata ſoluit dicto. B. florenos decem auri largos pro arris & arrarum nomine & pro inchoatione: & parte ſolutionis prętii ſupraſcripti prout ſic & tantum dictus Franciſcus confeſſus fuit & de quibus florenis decem auri largis vocauit ſe bene pagatum tacitum & contentum exceptioni non numeratæ pecuniæ omnino renuncias. Quę omnia & ſupraſcripta promiſerunt. & ſolemnibus ſtipulationibus hincinde interuenientibus conuenerunt dictæ partes ſibi inuicem & viciſſim vna alteri & econuerſo perpetuo firma & rata habere & tenere attendere obſeruare & adimplere: & in nullo contra facere vel venire per ſe. vel per alium aliqua ratione cauſa ingenio de iure vel de facto. in iudicio. vel extra. ſup pœna florenorum centum vel auri largorum ſolemni ſtipulatione præmiſſa in ſingulis & pro ſingulis capitulis pactis & membris ſiue articulis præſentis contractus & inſtrumenti: quæ pœna totiens committatur & peti & exigi poſſet & valeat cum effectu quotiens contra factum fuerit ſiue ventum. vel vt dictum eſt cum effectu non fuerit obſeruatum. qua pœna commiſſa vel non ſoluta vel non ſeu etiam gratioſe remiſſa prædicta & infraſcripta omnia ſingula nihilominus firma perdurent. pro quibus omnibus & ſingulis obſeruandis & adimplendis & ratis habendis. & tenendis & pro dicta pœna ſoluenda: ſi & quotiens commiſſa fuerit: obligauerunt ſibi inuicem & mutuo & viciſſim vnus alteri: & ecõuerſo: & eorum heredes & bona omnia & ſingula & præſentia & futura. Renuncians in prædictis omnibus & ſingulis exceptioni non ſic facti & celebrati contractus. rei non ſic geſte: doli mali: vis mœtus fraudis in factum actioni conditioni indebiti ſiue cauſa & ex iniuſta cauſa. oĩq; alii iuris & legũ conſtitutioni & auxilio & iuri & legi dicenti gñalem renũciationem non va

lere niſi præceſſerit ſpeciales. Quibus .F.&.B. præſen/
tibus audientibus & intelligentibus & prædicta om/
nia & ſingula ſic volentibus & cōfitentibus ego .L.iu/
dex ordinarius & notarius infraſcriptus præcepi per
guarantigiam vice & nomine iuramenti & prout mihi
licuit & licet ex forma ſtatutoꝝ & ordinamētoꝝ cōmu
nis Florentiæ de guarantigia loquentiū:quatenus præ
dicta omnia & ſingula vtſupra per eos promiſſa facta
& geſta attendant faciant & obſeruent in omnibus &
per omnia prout & ſicut ſupra promiſerunt continetur
& ſcriptum eſt. Rogant &c.

¶ Venditio pleniſſima.

¶ In dei nomine Amen. Antonius Bartholomei Corſi
omni meliori modo via iure & forma quibus magis &
melius potuit & eidem licuit & licet per ſe & ſuos here
des iure proprio & in perpetuum dedit. vendidit tradi
dit & cōceſſit Dominico rogerii populi ſancti Pancra
ti de Florentia præſenti & pro ſe & ſuis heredibus &
ſucceſſoribus & cui vel quibus iura ſua cōceſſerit emen
ti & ſtipulanti & pro illa vel illis perſona vel perſonis:
quam ſeu quas dictus Dominicus duxerit nominādum
in totum vel in partem in emptricem vel emptrices in/
fraſcriptorum bonorum vel eorum parti integre infra/
ſcripta bona videlicet Vnam domum cum palcis ſalis
cameris curia horto puteo & tecto & volta ſub terra
& aliis ſuis habituris:poſitam in ciuitate Florentiæ in
populo ſancte Mariæ nouelle de Florentia & in via
quæ dicitur la via de lo amore, cui a primo dicta via. a
ſecondo Petri de Hieronymis. a ſecondo bona hoſpita
lis ſanctæ Mariæ noue. a tertio Ioannis olim Thadei
de Siaſchis a quatto ſer petri ſer Bernabe del ſerra infra
prædictos confines vel alios ſi qui forent plures aut ve
riores. vna cum omnibus & ſingulis quæ dicta bona
vendita & quodlibet eorum habent ſuper ſe infra ſeu



intra ſe itegrum, et cum omnibus et ſingulis acceſſibus
in greſſibus et ægereſſibus vſibus et ſeruitutibus ſuis
vſq; in vias publicas. et cum omni iure et actione. vſu
ſeu requiſitione dominio proprietate poſſeſſione vel
quaſi eidem .A. venditori prædicto in dictis de dictis
aut pro dictis vel occaſione dictorum bonorum vel ali
cuius eorum quomodolibet competentibus et compe/
tituris. ad habendum et tenendum poſſidendum vten
dum et fruendū et alienandum et quicquid dicto domi
no emptori vel eius heredibus et ſucceſſoribus ſeu no/
minandis per eum deinceps placuerit perpetuo facien/
dum. Quæ quidem bona vt ſupra vendita dictus. A.
venditor ſupraſcriptus cōſtituit ſe præcario noīe dicti.
D. emptoris p̄dicti et noīandorum et ab eo tenere et
poſſidere. Vel dicas melius, Cōſtituit ſe tenere et poſ/
ſidere ꝑ dicto Dñico emptore et noīandis ab eo et eius
et eorū heredibus et ſucceſſoribus donec: et quouſq; di
ctus. D. Dictorū bonorū vt ſupra vēditorū poſſeſſionē
et tutelā acceperit corporalē q̄ accipiēdi et intrādi et ēt
ſua ꝓpria authoritate et ſine licētia vel decreto alicuius
iudicis vel curie et deinceps retinendi eidē dñico em
ptori prædicto et noīandis ꝑ eū infraſcipto ꝓcuratori
et procuratorio nomine dictis dominici emptoris di/
ctus venditor licentiam omnimodam dedit atq; contu
lit omnimodā poteſtatem. et ex nūc fecit conſtituit crea
uit et ſolemniter ordinauit dictis venditor et ſeu ſubſti
tuit ſuum verum et legitimum procuratorem quēcūq;
nominandum per dictum Dominicum emptorem præ
dictū et noīatim Sebaſtianū filiū dicti Dñici ad indu
cēdū ponēdū et imittendū dictū Dñicum emptorē et
prædictū intenutam et corporalē poſſeſſionē dictorum
bonoꝝ et cuiuſlibet eoꝝ ipſamq; tenutā & corporalem
poſſeſſionē eidē emptori dādū et tradēdū. et oīa et ſin/
gula i p̄dictis faciēdū cū pleno et pleniſſimo mādato &

libera et generali adminiſtratione et inſup ex cauſa ven ditionis prædicte dictus. A. venditor prædictus ceſſit & cōceſſit tranſtulit & mandauit eidem Dominico em ptori prędicto præſenti & vt ſupra præfertur recipien ti & ſtipulanti omnia & ſingula iura nomina & actio/ nes & reales & perſonales vtiles & directas meras & mixtas tacitas & expræſſas ciuiles & prętorias anor/ malas & conuentionales & quaſcunq; alias eidem. A. vēditori quomodolibet cōpetētes & cōpetituras tam in dictis & ꝓ dictis et occaſiōe dictoꝝ bonoꝝ. & quas dictus venditor habet & habebat vel habere poterat aduerſus & cōtra ſuos & dictorum bonorum auctores & defenſores tam principales quam fideiuſſores & eoꝝ heredes & ſucceſſoꝝ & eoꝝ bona occaſione alienatiōis eidem vel eius authoribus facte de dictis bonis & ꝓmiſ ſionibus de defenſione dictoꝝ bonoꝝ ſupra venditoꝝ & oīum & ſingulaꝝ promiſſionum renunciationum & pactorum dicto venditori vel eius authoribus vel aliis pro eo vel eis factoꝝ per quaſcunq; perſonas & in quo/ cunq; inſtro venditionis vel aliis pro dictis vel occaſio ne dictoꝝ bonorum venditorum. & contra omnes & ſingulas alias perſonas quæ aliquam promiſſionem re/ nunciationem conſenſum ſeu obligationem & feciſſent dicto uenditori vel alicui perſone pro eo recipienti vel eius authoribus vel aliis pro eis in quocūq; inſtrumen/ to rōne vel occaſione dictorum bonorum vt ſupra ven/ ditorū. Ipſumq; Dn̄icum emptorem prædictū præſen/ tem & vt ſupra recipientē & ſtipulantem fecit cōſtituit & ſeu ſubſtituit procuratorē in rē ſuam poſuitq; ipſum in locum & vniuerſum ius ſuum in prædictis & quoli bet prædictorum ita ꝙ admodo actionibus vtilibus & directis & alis qbuſcūq; dictus Dn̄icus emptor ꝑdictus & eius heredes & ſucceſſores & habentes vel abituri ius vel cām ab eo vel eis & noīandi p eum poſſit & valeat ſupradicta bona empta & quodlibet eorū in iudicio & extra petere defendere conſequi proſequi conuenire & ſe dicta bona tueri. Vel dicas. Ita ꝙ admodo ſuo no/ mine dictis actionibus vtilibus & directis et aliis qui/ buſcunq; dictus Dominicus emptor et ſeu noīandi per eum poſſint et valeant contra ipſos authores promiſſo/ res et quaſcunq; perſonas præfatas et eorum heredes et bona prædicta et cuiuſcunq; prædictorum agere ex pe riri excipere replicare proſequi conſequi et dicta bona tueri et ſortem pœnam damna expenſas et intereſſe et bona obligata petere. et omnia et ſingula alia facere et exercere quem facere et exercere poterat dictus vendi/ tor ante præſentem venditionem iurium ceſſionem et contractum. Et promiſit et ſolemni ſtipulatione conue/ nit dictus. A. venditor ſupraſcriptus dicto Dominico emptori prædicto vt ſupra recipienti et ſtipulanti in dictis de dictis et ſuper dictis aut pro dictis bonis vel occaſione dictorum bonorum vel alicuius ipſorum vllo vnquam tempore aliquam litem cauſam quæſtionem bri gam moleſtiam controuerſiam vel nouitatem iudicio vel extra de iure vel de facto et qua vis iuris forma vel cauſa per ſe vel alium directe vel indirecte tacite vel ex præſſe vel aliquo quæſito colore non infere facere vel mouere. nec inferenti facienti vel mouēti modo aliquo conſiſtere. ſed dicta bona et quodlibet eorum in totum et in qualibet eorum parte et in proprietate poſſeſſio ne vſu et vſufructu et fructibus ſemper et omni tempo/ re in iudicio et extra et de iure et de facto eidem em/ ptori et eius heredibus et ſucceſſoribus et nominandis per eum et habentibus vel habituris ius vel cauſam ab eo vel eis defendere auctorizare et diſorigare et mo/ dis omnibus expedire. ab omni preſona loco com/ muni collegio ſocietate et vniuerſitate eccleſiaſtica vel ſeculari, publica vel priuata, & ab omnibus officiis &

officialibus tam montis quã vẽditionũ cõmunis Floren
tiæ et bonorũ et rebellium et cõfinatorum communis
prædicti quã a quibuſcũq; ſindicis quorũcunq; ceſſan
tiũ et fugitiuorũ cũ rebus et pecuniis alienis. tã præſen
tibus quã futuris et ab officio decem libertatis ciuitatis
prædicte et ab omni et quacũq; petitione magiſtratus
et in curia cuiſcunq; magiſtratus ciuitatis Florentiæ.
occaſione vel prætextu dicte venditionis et dictorum
bonorũ directe vel indirecte porrigende vel fiende con
tra dictũ emptorẽ vel eius heredes et ſucceſſores. et ab
officialibus pupillorũ ciuitatis Florentiæ pſentibus et
futuris. et ab omnibus quibuſcũq; pſtãtiis pſtanzonibus
accatis balzellis diſplacentibus et grauedinibus. et ab
oĩbus et qbuſcũq; oneribus publicis vel priuatis ordina
riis vel extraordinariis quæ de iure vel de facto peterẽ
tur imponerẽtur fierẽt vel exigerentur in dictis vel ſu
per dictis aut p dictis bonis venditis vel eorum parte
quacunq; ratione iure modo vel cauſa et ab omnibus
officiis et officialibus regulatorũ: et a quinq; conſerua-
toribus comitatus Florentiæ et aliis quibuſcunq; exa
ctoribus præfatorũ onerũ et ab omnibus et ſingulis offi
ciis et officialibus præſidibus et regiminibus tam ciuili
bus quã forenſibus. et tã de ciuitate quã de comitatu et
diſtrictu Florẽtiæ quã alterius cuiſcũq; loci quarũcũq;
mũdi partium tam eccleſiaſticis quã ſecularibus et ab oĩ
et quocũq; crimine exceſſu vel delicto. et a quocunq; cõ
promiſſo & cõpromiſſi petitione & tam volũtario quã
coacto. Et ſi quo tẽpore lis vel quæſtio aut cõtrouerſia
aliqua vel cauſa nouitatis vel moleſtia equa vel iniqua
ordinaria vel extra ordinaria aut executiua ciuilis vel
criminalis aut mixta tã p citationẽ pnũciationem tenu
te pcepta de diſgombrando libelli oblationẽ cõpromiſ
ſi petitionẽ poteſtationẽ inhibitionẽ litis notificatio-
nem quã alio quocunq; modo in iudicio vel extra de iu



re vel de facto mota fuerit dicto dominico emptori vel
nominãdis per eũ & eorum heredibus & ſucceſſoribus
vel habẽtibus vel habituris ius vel cauſam ab eo ide vel
ſup dictis bonis vel aliqua eorũ parte vel eorũ occaſio-
ne vel prætextu vel eorũ fructibus redditibus & puen
tibus omnẽ hmõi litem cauſam qſtionem controuerſiam
moleſtiã vel nouitatẽ motã vel mouẽdã vt ſupra in qui
buſcunq; caſibus modis vel formis ſupraſcriptis quouis
modo iure vel cauſa. ſemel & pluries & quotiens eidem
emptori vel nominãdis per eũ & eorũ heredibus & ſuc
ceſſoribus vel habentibus vel habituris ius vel cauſam
ab eo vel eis viſum fuerit expedire. in ſe & ſup ſe animo
nouãdi iudicium recipere ſuſcipere & trãsferre infra qn
tam diem proxime futurã a die notificationis poſtquã
dicto. A. vẽditori & eius heredibus & ſucceſſoribus de
nunciatum & ſeu notificatum fuerit perſonaliter vel ad
domum eorum vel alterius eorũ habitationis aut ſolite
habitationis & ſeu per loca publica & cõſueta ciuitatis
Florẽtiæ iuxta ordinem nunciorũ ciuitatis prædicte p
quẽcunq; nuncium publicum dicti cõmunis aut per pu
blicum inſtrumentum vel alium quemcũq; modum eti-
am minus legitimũ. Ita tamen q denunciatio ſemel quo
cũq; modo ex pdictis aut alio quouis modo etiã minus
ſolẽniter facta ſufficiat & ex pacto inter dictas partes
ſolẽni ſtipulatione vallato valeat & teneat & pro legiti
me facta habeatur & ſufficiat pinde ac ſi ſolẽniter & le-
gitime facta foret & a dicto emptore & eius heredibus
& ſucceſſoribus & nominãdis per eum & habẽtibus vel
habituris ius vel cauſam ab eo vel eis in totum & tota-
liter remouere & in ſe oẽm hmõi litẽ cãm quæſtionem
cõtrouerſiam moleſtiam & nouitatem aĩo & effectu no
uandi ſuſcipere oĩbus ipſius vẽditoris & eius heredum
& ſucceſſorum ſumptibus laboribus & expenſis cura &
ſolicitudine: & ipſum emptorẽ & nominãdos per eum

& eoꝝ heredes & ſucceſſores & habentes vel habituros
ius vel cauſam ab eo & quemlibet eoꝝ inſolidũ in dictis
bonis & eoꝝ dominio iure ꝓprietate & poſſeſſione vſu
vſufructu & fructibus oĩbus aliis & ꝯtra oẽs alias ſem/
per ĩ iudicio & extra de iure & de facto manutenere &
defendere & cõſeruare priorem validiorẽ & potiorẽ. ac
ꝑores potiores & validiores. & eidẽ emptori & noian/
dis per eũ & eoꝝ heredibus & ſucceſſoribus & habenti
bus vel habituris ius vel cãm ab eo vel eis nihilominus
reddere reficer̃ & reſtituere oẽs quaſcũqꝫ expẽſas ẽt quã
tícũqꝫ magnas & exceſſiuas q̃s dictus emptor & noian
di ꝑ eũ & eoꝝ heredes & ſucceſſores et habẽtes vel habi
turi ius vel cãm ab eo vel eis occaſione ꝓdictoꝝ ſuppor/
taſſet feciſſet vel ſuſtinuiſſet aut ſupportaſſent feciſſent
vel ſuſtinuiſſent quoquo mõ ẽt ſi vltra modũ vel conſue
tudinem excederent. de qbus qdem expenſis & eaꝝ quã
titate taxatione & declinatiõe dicte partes dictis mo/
dis & noĩbus ſolẽniter pepigerũt & adinuicẽ conuene
runt ſtandũ eſſe & credi ſoli aſſertiõi & declinationi di
cti emptoris vel noiandi ꝑ eũ vel eorũ heredũ & ſucceſ/
ſoꝝ & habentiũ vel habituroꝝ ius vel cãm ab eo vel eis
cũ ſolo ſimplici iuramẽto ab eodẽ & ſeu eiſdẽ ẽt ſponte
& ſine aliq̃ ſolẽnitate pſtito. & inde & de ꝓdictis in ꝓdi
ctis oibus & ſingulis| ſupraſcriptis dictũ emptorem &
noiandũ per eã & eius & eoꝝ heredes & ſucceſſores &
alios vt ſupra cõſeruare indẽnes & penitus ſine damno.
Cũ pacto ẽt in ꝓdictis oĩbus & ſingulis appoſito inter
dictos cõtrahentes dictis modis & noĩbus & ſolẽni ſti/
pulatiõe vallato qđ facta denũtiatiõe & notificatiõe
de qbꝰ ſupra ſiue legitime ſiue minus legitime facta fue
rit. quæ qũo cunqꝫ facta fuerit pro legitime facta habea
tur præfatus emptor & nominandi ab eo & eius & eo
rum heredes & ſucceſſores & habentes vel habituri
ius vel cãm ab eo vel eis non teneantur amplius ire ad



iudicium vel in iudicio intereſſe vel adeſſe vel vlterius
inſiſtere vel defendere vel aliquid aliud facere vltra vel
præter eius vel eorum voluntatem & pluſq̃ de eius ſeu
de eorum vel alterius eorum mera & libera proceſſerit
voluntate. & in caſu euictionis ablationis vel abuoca/
tionis dictoꝝ bonoꝝ vel alicuius partis eorum & caſu
quo dicta bona vel aliquod eoꝝ in totum vel in partem
in proprietate vel in poſſeſſione dominio vel quaſi vſu
vſufructu vel fructibus mõ aliquo euincerent̃ auferent̃
vel abuocarent̃ a dicto emptore & noiandis ab eo & eo
rũ heredibus & ſucceſſoribus & cui vel qbus iura ſua cõ
ceſſerit & habentibus vel habituris ius vel cãm ab eo vel
eis de iure vel de facto in iudicio vel extra æque vel ini/
que iuſte vel iniuſte. aut quouis mõ iure vel cã ꝓmiſit
& ſolemni ſtipulatione cõuenit dictus. A. venditor di/
cto Dñico emptori ꝓdicto pſenti: & vt ſupra recipienti
& ſtipulauti infra octo dies ꝓxime futuros a die ſnię la
tæ ſup euictione hmõi. vel a die alterius cuiuſcũqꝫ actus
fiendi in & ſuper euictione ablatione vel abuocatione
ꝓxime futuros. & poſtq̃ ſemel tantum denunciatum fue
rit vel alius actus euictiõis uel abuocationis ſecutus fue
rit & poſtq̃ ſemel tantum dennunciatum & notifica//
tum fuerit dicto venditori & eius heredibus & ſucceſ/
ſoribus perſonaliter vel ad domum. Ita ꝙ ex pacto vt
ſupra denunciatio ſemel facta ad domum & etiam mi
nus legitime ſufficiat & valeat ac ſi perſonaliter & ſo/
lemniter & legitime facta foret eidem emptori vel eius
heredibus & ſucceſſoribus vel aliis vt ſupra reddere
& reſtituere infraſcriptum præcium cum pœna dupli.
& omnia damna expenſas & intereſſe litis & extra Flo/
rentiæ Senis Liſis Lucæ Bononiæ Romę Venetiis: &
generaliter in quacunqꝫ ciuitate terra villa caſtro vel lo/
co qbuſcũqꝫ mũdi partis in quo qua vel qbus dictis. A.
vel eius heredes & ſucceſſores & quilibet eoꝝ perſona

liter vel in bonis inuenti vel conuenti forent fori priuilegio nõ obſtante & quolibet dictorum locorum inſolidum vnica ſolutione ſufficiente. Conſtituens exnũc & prorogans dictus venditor expræſſe iuris dictionem omnium & ſingulorum præfatorum locorum & curiarum quarumcunq; tam ſecularium quam eccleſiaſticarum quarumcunq; mũdi partium in oibus & per oia & quo ad oia. Remittentes ex pacto vt ſupra exnunc omnem appellãdi vel proſequendi neceſſitatem: & omnem recurrendi ſiue recurſum faciendi neceſſitatem vbi ab actibus abuocationis vel euictionis requirerentur recurſus: & omnẽ neceſſitatem accuſandi vel quærendi ſi de facto aut vi abuocata vel ablata forent dicta bona vel aliqua ipſorum pars in proprietate poſſeſſiones vſũ vſufructu vel fructibus: vt ſupra etiam nõ obſtante eo quod ſupra dicitur de notificatione fienda vbi ẽt facta non forent in cauſis extra ordinariis vel de facto ꝓut eſt in venditionibus fiendis authoritate cõis Florentiæ vel aliis ſimilibus actibus: & vi ablata vel aduocata extra iudicialiter & ẽt de facto: qa ſic per pactum inter ipſos contrahentes dictis modis & oibus ſtipulatũ vallatũ & actũ extitit & conuentũ. Cũ pacto ẽt ſolemni ſtipulatione vallato vt ſupra ꝙ eidem emptori & nominãdis ab eo & eius & eorum heredibus & ſucceſſoribus vel habentibus vel habituris ius vel cãm ab eo vel eis non poſſit dici obiici vel opponi de aliq̃ ipſius dñici emptoris vel nominandis ab eo. & eius & eorum heredũ & ſucceſſorũ culpa. vel negligẽtia aut notificatiõe nõ facta aut tarde vel minus legitime facta. vel de potentia aduerſarii: aut iudicis imperitia vel nequitia. aut ꝙ eidẽ emptori & nominandis ab eo vel ſuis heredibus & ſucceſſoribus fuerit facta iniuria vel iniuſtitia. aut ꝙ ſnia vel quis actus abuocationis vel euictionis fuerit: & ſit nullus. aut ꝙ bona nõ fuerint defenſa aut ꝙ potuerint aliter defendi vel



vel reſiſti: aut aliqd aliud ꝑ quod poſſet impediri vel retardari reſtitutio dicti & infraſcripti ꝑcii damnorum & expenſarum: ac intereſſe litis & extra. Et ꝑdictã venditionem & iuriũ ceſſionem & oia & ſingula ſupraſcripta fecit dictus Antonius venditor prędictus pro præcio & noie veri & iuſti præcii florenorum quadringentorum & ſeptuagintaqnq; viri auri largorum: qđ quidem ꝑcium & quantitatẽ dictus Dñicus emptor prædictus dedit ſoluit tradidit: & numerauit dicto Antonio venditori prædicto præſenti: & ad ſe trahenti in pecunia numerata in præſentia mei. L. notarii infraſcripti & teſtium ſupraſcriptorum: & de qua quidem quantitate dictus Antonius venditor vocauit ſe bene pagatũ tacitum & contentum. Si vero non interueniret præciũ. dicas ꝙ præcium dictus venditor fuit confeſſus & cõtentus habuiſſe & recepiſſe a dicto emptore & de eo vocauit ſe bene pagatum tacitũ & contentũ exceptioni non numeratæ pecuniæ oino renuncians. Quæ oia & ſingula ſupraſcripta dictus. A. venditor vt ſupra ꝓmiſit & ſolẽni ſtipulatione conuenit dicto. D. emptori ꝑdicto ꝑſenti & vt ſupra recipienti & ſtipulanti ſe perpetuo firma & rata & grata habere tenere attendere facere obſeruare & adimplere & contra non facere dicere vel venire neq; feciſſe dixiſſe vel veniſſe per ſe vel alium ſeu alios in iudicio vel extra de iure vel de facto aliqua ratione: cã vel ingenio: ſub pœna dupli quantitate. & præci ſupraſcripti ſolẽni ſtipulatione præmiſſa in ſingulis & ꝓ ſingulis capitulis. pactis. mẽbris ſiue articulis ꝑſentis cõtractus & inſtrumenti. & ſub refectione dãnorum & expenſarum ac intereſſe litis & extra. Quæ pœna totiens cõmittatur & peti & exigi poſſit & valeat cũ effectu quotiens in aliquo ꝑdictorum contractuũ fuerit ſine ventũ: vel vt dictũ eſt cum effectu non fuerit obſeruatũ. qua pœna cõmiſſa vel non: ſoluta vel non: ſeu ẽt gratis remiſſa. prædi

ēta oĩa et ſingula ſupraſcripta nihilominus perpetuo firma & rata maneat & pdurent pro quibus oĩbus & ſingulis & quolibet eorum obſeruandis & firmis & ratis habendis & tenendis & pro dicta pœna ſoluenda ſi & quotiens commiſſa fuerit dictus. A. venditor prædictus obligauit et hypothecauit dicto. D. emptori: vt ſupra recipienti & ſtipulāti ſe ipſum & eius heredes & bona & oĩa. & ſingula præſenti & futura. Renuncias in p̄dictis oĩbus & ſingulis dictus venditor exceptiōi non ſic fati & celebrati contractus venditionis et iurium ceſſionis. rei non ſic geſte. dol. mali. vis. metus. fraudis & in factum actioni conditioni indebiti ſine cauſa & ex iniuſta cauſa. exceptioni non numerate pecunię fori priuilegio. & omni alii iuris legum canonum & ſtatutorum auxilio beneficio priuilegio & fauori tam ciuili q̄ criminali edito vel edendo a lege vel ab hoĩe eidem venditori quolibet competenti & competituro. & iuri & legi dicenti generalem renunciationem non valere niſi præceſſerit ſpecialis. Cui quidem Antonio præſenti audiēti & intelligenti. & prædicta omnia & ſingula ſic volenti & confitenti ego. L. iudex & ordinarius & notarius publicus infraſcriptus p̄cepti p guarantigiam vice & nomine iuramenti prout mihi licuit & licuit & licet ex forma ſtatutorum & ordinamentorum cōis Florentiæ de guarantigia loquentium quatenus prędicta oĩa & ſingula vt ſupra per eum promiſſa & geſta attendat faciat & obſeruet iuxta præſentis publici inſtrumenti vim formam tenorem ſeriem & effectum in omnibus & per omnia. Rogans &c.

¶ Subdas inſtrumentum mundualdi ſi interuenit obligatio mulieris.

¶ Conſenſus mulieris.

¶ Item poſtea ibidem incontinenti dictis anno indictione et die et corā dictis ſupraſcriptis teſtibus ad hęc



et vocatis habitis & rogatis p̄fata dña Liſa vxor dicti. A. venditoris p̄ſens dictæ vēditioni & oĩbus & ſingulis īfraſcriptis & eidē dñe Liſe lecto & vulgari ſermone expoſito dicto inſtro ad ipſius plenā & clarā intelligentiam. Certificata primo & ante oĩa p me. L. notariū infraſcriptū de iuribus ſuis & de importantia p̄ſentis contractus & qd agebat & qd contrahebat & de bñficiis ſibi cōpetantibus quantū fuit expediens & de iure requirit & dicta bona vt ſupra vēdita fore eidem dñe Liſe p ſuis dotibus obligata & hypothecata de quibus oĩbus dixit ſe bene clarā & certā & cerciorata & īformatā eē. Nonnulli etiam apponunt hæc verba. Et ꝙ eidem. D. venditori vltra bona vt ſupra per eum vendita adhuc ſuperſunt tot bona quæ ſunt ſufficientia ad reſtōnem dotis dicte dñe Liſe & in quibus & ſuper quibus pōt repetere dotes ſuas & ſibi de dotibus ſuis ſatiſfieri cum conſenſu verbo licentia & authoritate dicti. M. eius legitimi mundualdi eidem vt ſupra patet per me dari ibidem præſentis & eidem conſentientis & conſenſu parabolam licentiam & authoritatem dantis & præſtantis & omni meliori modo via iure vel forma quibus magis & melius potuit. Non ui. dolo vel metu nec aliqua machinatione circunuenta. ſed ſponte & deliberate ex certa ſcientia & non per errorem aliquem iuris vel facti dicte venditioni & omnibus ſingulis ſupraſcriptis & in ea contentis conſenſit & parabolam & conſenſum expreſſe dedit & præſtitit & renunciauit omni iuri hypothecarum quod dicta dña habuit vel hēre ſeu habere poſſet ſeu eidem competit vel quomodolibet competere poſſet inde vel ſuper dictis bonis vt ſupra venditis vel aliqua eorum parte vel fructibus occaſione dotium ſuarꝫ vel alia q̄cunqꝫ de cā etiam quolibet dicenda vel excogitanda. & inſuper ad omnem abundantem cautelam idem ius ſeu eandē iura dicto emptor vt ſupra reci/

pienti & ſtipulanti ex pacto remiſit.quā cōſenſum & re
nūciationem & oīa & ſingula ſupraſcripta dicta dña cū
dicto cōſenſu ꝓmiſit.& ſolēni ſtipulatione conuenit di
cto.A.vt ſupra recipienti & ſtipulanti ꝑpetuo firma &
rata & grata habere,tenere & obſeruare & cōtra nō di/
cere facere vel venire per ſe vel aliū aliqua ratione iure
mō vel cā de iuř vel de facto ſub pena dupli dicti ſupra
ſcripti p̄cii.Quæ pœna &c.qua pœna &c.pro quibus
&c.obligauit &c.renūciauit &c.Extendas vt p̄cedens
vſq; ad finem.Sed addas inter renūciationes:Beneficia
velleani ſenatuſcōſultus cui ꝑ guarātigiā.Rogans &c.

¶Datio tenute.

¶In dei noīe amen &c.Laurentius Ioannis ꝓcurator
& ꝓcuratorio noīe dicti.A.vēditoris p̄dicti ad īfraſcri
pta ſpālitet ↄſtitutus vt de eius mādato ſupra patet ma
nu mei.L.notarii: infraſcripti dicto ꝓcuratorio noīe ī
duxit poſuit & imiſit dictū Dñicū emptorē vt ſupra re
cipientē in tenutā & corporalē poſſeſſionē dictorū bo/
noꝝ.& eidē Dñico dictoꝝ bonorū tenutā & corporalē
poſſeſſionē dedit & tradidit.Dās eidē in manibus ve/
ctes hoſtioꝝ dicte domus: & de terra dicti orti ī ſignū
dicte tenute.Quam tenutam & poſſeſſionē dictus An
tonius emptor p̄dictus accepit & recepit aſſerens & ꝓ
teſtans ſe non ſolum animo ſed ēt corpore poſſidere.

¶Nominatio emptoris.

¶Item poſtea &c.Antonius emptor ſupraſcriptus vo
bus & per oīa prout ſupra promiſit fecit: & continetur
& eſt ſcriptum. De & ſuper quibus præfati cōtrahentes
noībus & modis præfatis a me notario infraſcripto pe-
tierunt vnū ſibi ſeu plura publicum: ſeu publica fieri &
confici inſtrumentum & inſtrumenta. Acta fuerunt &c.
præſentibus &. Ponas vt ſupra

Paulina de rebus eccleſiæ non alienandis.

¶ Paulus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Ad perpetuā
rei memoriam. Ambitioſe cupiditati illorum præcipue
qui diuinis & humanis affectari damnatione poſt po
ſita immobilia & præcioſa mobilia deo dicata ex qui-
bus eccleſia monaſteria & pia loca reguntur illuſtrantur
qꝫ: & eorum miniſtri ſibi alimoniam vendicant: propha
nis vſibus applicare audient. cum maximo illorum ac di
uini cultus deterimento exquiſitis mediis vſurpare præ
ſumunt occurrere cupientes: oīum rerum & bonoꝝ ec-
cleſiaſticoꝝ alienationem: oēqꝫ pactū per qđ ipſorum
dn̄ium cōceſſionē hypothecā: locationē & cōditionem
vltra trienniū: nec nō in feudationē vel cōtractū empy-
theoticū: præterq̄ in caſibus a iure permiſſis: ac de rebus
& bonis in emphytheoſim ab antiquo cōcedi ſolitis. Et
tunc cū euidenti vtilitate eccleſiaꝝ: ac de fructibus &
bonis quæ ſeruando ſeruari nō poſſunt pro inſtantis tē
poris exiſtentia hac perpetuo valitura cōſtitutione fie-
ri præciſe prohibemus prędeceſſoꝝ noſtroꝝ conſtitutio
nibus ꝓhibitionibus & decretis aliis ſuper hoc editis: q̄
tenore præſentiū innouamus in ſuo nihilominus robore
permanſuris. Si quis autem contra huius noſtre: probi-
bitionis ſeriem de rebus & bonis eiſdem quicq̄ alienare
p̄ſumpſerit: alienatio: hypotheca: conceſſio: locatio: con
ductio & infuedatio hmōi nullius oino ſint valoris vel
mouenti. Et tā qui alienat q̄ is qui alienatas res & bona
recepit ſniam ex cōmunicatiōis incurrat. Alienati vero

bona eccleſiarum monaſticorum locorum piorum quo-
rumlibet inconſulto Romano pontifice aut contra prę
ſentis conſtitutionis tenorem ſi pontificali aut abbatia-
li perfulgeat dignitate: ingreſſus eccleſie ſit perpetuo
interdictus. Et ſi per ſex menſes immediate ſequentes
ſub interdicto huiuſmodi animo: quid abſit: perſeuerit
indurato: lapſis menſibus eiſdem: a rigimine & admini
ſtratione ſuæ eccleſiæ vel monaſterii cui præſidet in ſpi
ritualibus & temporalibus ſit eo ipſo ſuſpenſus. Inferio
res vero prælati. commendatarii & alii eccleſiarum re-
ctores beneficiati vel adminiſtrationem quomodolibet
obtinentes prioratibus præpoſiturus præpoſitatibus
dignitatibus perſonalibus adminſtrationibus officiis
canonicatibus præbendis aliiſqꝫ eccleſiaſticis cum cura
& ſiue cura ſecularibus & regularibus beneficiis: quo-
rum res & bona alenarunt duntaxat: ipſo facto priuati
exiſtant: illaqꝫ abſqꝫ declaratione aliqua vacare cenſean
tur. Poſſintqꝫ per locorum ordinarios vel alios ad quos
eorum collatio pertinet perſonis idoneis: illis exce-
ptis qua propterea priuate fuerint: libere de iure con-
ferre: niſi aliter diſpoſitioni apoſtolice ſedis ſint ſpe-
cialiter aut generaliter reſeruata. Et nihilominus aliena
te res et bona huiuſmodi: ad eccleſias monaſteria & loca
pia ad quæ ante alienationem huiuſmodi pertinebant:
libere reuertantur. Nulli ergo omnino hominum liceat
hanc paginam noſtre prohibitionis & innorationi in-
fringere vel ei auſu temerario contrarie. Si quis hoc at-
temptare præſumpſerit: indignationem omnipoten-
tis dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe
nouerit incurſurum. Datum Rome apud ſanctum Mar
cum anno dominice incarnationis. M.cccc.lxi. kal. Mar
tii. Pontificatus noſtri anno quarto.

¶ Venditio ad vitam.

Venerabilis vir dominus Michael de pauzão digniſſimus hoſpitalarius hoſpitalis ſancte Marie noue de florentia & vt & tanquam hoſpitalarius prædictus & omni meliori modo via iure cauſa & forma qbus magis & melius potuit per ſe & ſuos & in dicto hoſpitali ſucceſſores, Dedit vendidit tradidit & cōceſſit iure proprio & ad vitam & durante vita infraſcripti Bernardi emptoris & donec naturaliter vixerit & non vltra Bernardo olim Bartholomei de Gerardis ciui Florentino & populo ſancti Petri maioris de Florentia præſenti & ꝓ ſe recipienti ementi & ſtipulanti infraſcripta bona videlicet. Vnum podere & cætera. Ponas cōfines & cætera. Vna cum omnibus & ſingulis quæ dicta bona habent ſuper ſe. infra ſeu intra ſe in integrum: & cū acceſſibus ingreſſibus & ægreſſibus ſuis adiacentiis cohibentiis & pertinentiis ſuis & ſeruitute tam reali q̄ perſonali dictorum bonorum: ſeu debitis dictis bonis vel pp dicta bona vſqꝫ in vias publicas: & cū omni iure & actiones vſu ſeu reqſitione dicto vēditori dictis modis & noibus & dicto eius hoſpitali inde & ſuperdictis bonis quomodolibet competentibus tāquam res & bona ad dictum hoſpitale pleno iure dominii ꝓprietatis & vſufructus pertinentia & ſpectantia. Ad habendum tenendum & poſſidendum: & quicquid dicto emptori eiuſdem emptoris tantum vita durāte non vltra vel aliter deinceps placuerit faciendum. Quæ bona dictus dominus Mi. venditor conſtituit ſe præcario noie pro dicto emptore tenere & poſſidere donec dictorum bonorum tenutā & corporalem acceperit poſſeſſionem: quam accipiendi & deinceps retinendi durante eius vita prędicta tantū: et ſua ꝓpria authoritate: & ſine licentia vel decreto alicuius iudicis vel curie: eidem. B. emptori licentiam & facultatem omnimodam dedit atqꝫ conceſſit. Et inſuper fecit & conſtituit ſuum verum & legitimum procuratorem quemcunqꝫ noiandum a dicto emptore ad dandū & trahendū dicto. B. emptori vel alteri pro eo legitime recipienti tenutam & corporalem poſſeſſionem dictorum bonorum: & ipſum in ipſorū bonorum poſſeſſionē immittēdum & eidem tenutam & corporalem poſſeſſionem dandum & trahendum: & generaliter ad oia faciēdum quæ in prædictis fuerit opportuna: & quæ ipſemet conſtituens facere poſſet ſi ad eſſet: et ſi mandatum exigerent magis ſpeciale. Et inſuper ex titulo & cā venditionis ꝓdicte ceſſit & cōceſſit tranſtulit & mandauit dicto. B. vt ſupra ementi ad eius vitā et eiuſdē. B. vita durante & donec naturaliter vixerit oia & ſingula iura & actiones reales & pſonales vtiles & directas: meras et mixtas: tacitas & expſſas: ciuiles & ꝑtorias: anormalas & conuentionales: & quaſcūqꝫ alias eidē venditori quomodolibet competentes & competituras cōtra oēs & ſingulos ſuos & dictorum bonorum authores: tam principales q̄ fideiuſſores: & contra oēs & ſingulos qui aliquam promiſſionem obligationem vel conſenſum feciſſent dicto venditori vel eius authori vel alicui eorū pro dictis bonis: vel ipſorum cautela conſeruatione & ſecuritate & occaſione ſupraſcriptorū bonorum. & poſuit dictum Bernardum eius vita durāte & toto tpe vite dicti Bernardi emptoris prædicti in locum & vniuerſum ius ſuum dicto noie & dicti ſui hoſpitalis, Cōſtituitqꝫ ipm procuratorem vt in rem ſuam: ita quod admodo dictus Bernardus eius vita durante & toto tempore ſue vite dictis iuribus & actionibus & aliis qbuſcūqꝫ poſſit & valeat dictis & actionibus & iuribus vt ſupra ceſſis vti agere excipere replicare proſequi conſequi & ſe dicta bona tueri: & oia & ſingula alia facere q̄ & quēadmodum & prout poterat dictus venditor ante præſentem venditionem. Promittens & conueniens dictus dominus. M. venditor ſupraſcriptus modis & noibus

quibus ſupra dicto. Bernar. emptori vt ſupra præſenti ementi recipienti & ſtipulanti inde vel ſuper dictis bonis vel aliqua eorum parte toto tempore vite dicti. Bernardo & eiuſdem. Bernardo vita naturali durante: nullam litem cauſam quæſtionem controuerſiam vel nouitatem aut moleſtiam aliquam inferre facere vel mouere: nec inferrenti facienti vel mouenti cere vel mouere: nec inferrenti facienti vel mouenti modo aliquo conſentire: ſed dicta bona & quamlibet eorum partem toto tempore vite dicti emptoris: & eius vita durante: de iure & ſecundum formam ſtatutorum & ordinamentorum communis Florentiæ: ab omni homine perſona loco communi collegio ſocietate & vniuerſitate legitime defendere auctorizare & diſbrigare & modis omnibus expedire: & vacuam liberam & expeditam poſſeſſione dictorum bonorum tradere dicto. Bernardo emptori. ipſumque eius vita durante & donec naturaliter vixerit vt ſupra & non aliter in ipſorum bonorum poſſeſſione ſemper facere & defendere potiorem. Et ſi quo tempore lis quæſtio aut controuerſia: tam per citationem: libelli oblationem: tenute pronunciationem: præcepta de diſgumbrando: compromiſſi petitionem: q̃ alio quocunq; modo in iudicio vel extra: de iure vel de facto mota fuerit. dicto Bernardo emptori in de vel ſuper dictis bonis: aut aliqua ipſorum parte: vel vſu vſufructu vel fructibus vel aliqua ipſorum parte. Ipſam litem cauſam quæſtionem & omnem nouitatem infra octo dies proxime futuros poſtq̃ dicto venditori & eius heredibus & ſucceſſoribus in dicto hoſpitali denunciatum ſeu notificatum fuerit ſemel perſonaliter vel ad domum eius habitationis & dicti hoſpitalis per dictũ bernardum vel eius procuratorem: vel per nuncium publicum communis Florentiæ. ita q̃ ex pacto appoſito in præſenti contractu: & ſolemni ſtipulatione vallato interdictas partes notificatio & denunciatio ſemel facta ad domum: & ſeu eccleſiam dicti hoſpitalis ſufficiat & valeat & afficiat: ac ſi perſonaliter facta foret: in ſe & ſuper ſuſcipere & transferre: in cauſa & cauſis tam principalibus quam appellationis ſiſtere vſq; ad finem litis & cauſe: omnibus ipſius venditoris & eius heredum & ſucceſſorum ſumptibus laboribus & expenſis procuratorum aduocatorum & aliorum quorumcunque: & exinde dictum bernardum emptorem conſeruare indemnem & pœnitus ſine damno in omnem litis euentum: ſiue lis & cauſa fuerit deciſa vel non: & ſine dicta bona totaliter vel particulariter euincerentur ſiue non. Et ſi pronunciari contigerit contra dictum emptorem ſuper euictione vel abuocatione dictorum bonorum: vel aliqua eorum parte: præcium infraſcriptum ſupraſcriptorum bonorum cum pœna dupli: & omnia damna expenſas & intereſſe quæ vel quas dictus Bernardus emptor feciſſet aut ſuſtinuiſſet prædictorum occaſione infra octo dies poſtquam ſemel tantum pronunciatum fuerit tam per iudicem quam per arbitrum & arbitratorem: quam etiam per alium: poſtquam denunciatum fuerit eidem venditori & eius heredibus & ſucceſſoribus in dicto hoſpitali per dictum Bernardum emptorem vel eius procuratorem vel aliquem ex nunciis publicis communis Florentiæ vel per alium perſonaliter vel ad domum eidem Bernardo reſtituere cum pœna dupli & omnibus damnis expenſis & intereſſe dicti Bernardi litis & extra: ita quod ex pacto denunciatio ſemel facta ad domum & ſeu eccleſiam dicti hoſpitalis ſufficiat & valeat & afficiat: ac ſi perſonaliter facta foret: cauſa appellationis minime expectata: ac ſi ſententia tranſiuiſſet in rem iudicatam. & tempora quadrimeſtria lapſa forẽt. Remiſſa ex nunc p pactũ eidẽ em

ꝑtori omni & qualibet appellandi & de nullitate dicen
di neceſſitate dicendi. Hoc ẽt acto & per pactũ expreſ/
ſe appoſito interdictos contrahentes quod non poſſit
dici obiici vel opponi dicto Bernardo emptori quod
eidem fuerit facta iniuria & iniuſticia ſi dicta bona fue/
rint eidem in totũ vel in partẽ euicta vel abuocata. aut
quod eius culpa dolo vel negligentia vel iudicis imperi
cia & nequitia fuerint euicta vel abuocata. Quam ven/
ditionem: & omnia & ſingula ſuprascripta fecit dictus
dñs Michael hoſpitalarius prefatus modis & noibus q
bus ſupra pro ꝑcio & noie veri & iuſti præcii florenoꝶ
octogita de ſigillo: qđ ꝑciũ dictus vẽditoꝶ fuit cõfeſſus
& cõtentus habuiſſe & recepiſſe a dcõ emptore & eidẽ
datum ſolutũ & nũeratum fuiſſe ad dcõ emptore in pe/
cunia nũerata & ipſam in euidẽtiſſimã vtilitatem dicti
hoſpitalis & pauperũ egrotorũ dicti hoſpitalis conuer
tiſſe de qua quantitate vocauit ſe bene pagatum tacitũ
& contentũ exceptioni non nũerate pecunie oĩno renũ
cians. Cum pacto appoſito & ſolemni ſtipulatione val
lato in preſenti contractu & inſtro. ꝙ quandocũqꝫ con
tigit dictum Bernardum decedere. & ex præſenti vita
migrare & tpe mortis dicti. B. aliqui fructus pendentes
& immaturi adhuc ſupereſſent in dictis bonis vt ſupra
venditis. ꝙ dicti fructus pendentes pleno iure dominii
ꝓprietatis & poſſeſſionis ſpectent & pertineant ad he
redes & ſucceſſores dicti Bernardi emptoris pro vna vi
ce tantũ & non vltra. Apponas hoc pactum ſi eſt de vo
luntate partium. Inſup dictus Bernardus emptor per ſe
& ſuos heredes ꝓmiſit & ſolemni ſtipulatione conuenit
dicto. d. M. venditori ſupraſcripto vt ſupra preſenti &
pro ſe & ſuis heredibus. & ſucceſſoribus in dicto hoſpi/
tali: ꝙ dicti eius heredes ſtatim ſecuta morte dicti Ber/
nardi eidem domino Michaeli & ſeu hoſpitalariis pro
tpe exiſtentibus libere & ſine aliqua exceptione eidem



& eiſdem reſtituẽt: & relaxabunt dictum podere & bo
na libera vacua & expedita ſiue aliqua controuerſia vel
moleſtia. Caueas ꝙ ſi apponeretur pactum ſupraſcriptũ
ꝙ vbi eſt illud verbum ſtatim cum hoc accentu videli/
cet. A. ponas perceptis dictis fructibus pendentibus tẽ
pore mortis dicti bernardi &c. Et exnunc dedit & con
ceſſit eidem dño. M. hoſpitalario prefato vt ſupra reci/
pienti ſtipulanti liberam licentiam poteſtatem & oĩmo
dam facultatem contulit dicta bona intrandi recuperã
di: & tenutam & corporalem poſſeſſionem dictoꝶ bo/
norum intrandi & adipiſcendi ẽt ſua propria authorita
te & ſine licentia vel decreto alicuius iudicis vel curie:
& que bona ſecuta ipſius bernardi morte dictus bernar
dus noĩe ſuorum heredum precario iure: & noĩe tenere
& poſſidere ex nunc conſtituit pro dicto hoſpitali &
hoſpitalariis pro tempore exiſtentibus. Que omnia &
ſingula ſupraſcripta promiſerunt & ſolemnibus ſtipula/
tionibus hincinde interuenientibus conuenerunt ſibi in
uicem & viciſſim partes predicte modis & nominibus
quibus ſupra perpetuo firma & rata grata tenere hẽre at
tendere & obſeruare & contra non facere vel venire per
ſe vel aliũ ſeu alios aliq̃ rõne iure mõ vel cã de iure vel de
facto in iudicio vel extra ſub pena dupli dicti ſupraſcri
pti pretii ſolemni ſtipulatione premiſſa in ſingulis & ꝓ
ſingulis capitulis pactis membris ſiue articulis huius ꝑ
ſentis contractus inſtri: & ſub refecti one damnorũ et ex
penſarum ac intereſſe litis & extra. Que pena totiens cõ
mittatur & peti & exigi poſſit & valeat cum effectu
quotiens contrafactum fuerit ſiue ventum: vel vt dictũ
eſt cum effectu non fuerit obſeruatũ. Qua pena cõmiſſa
vel nõ ſoluta vel nõ exacta vel nõ: ſeu ẽt gratis remiſſa:
ꝑdicta & infraſcripra oĩa & ſingula nihilominus perpe
tuo firma perdurent. Pro qbus omnibus & ſingulis ob/
ſeruandis & adimplendis & firmis & ratis habendis: &

pro dicta pena ſoluenda ſi & quotiens commiſſa fue/
rit cum effectu obligauerunt dicti contrahentes modis
& nominibus quibus ſupra ſibi inuicem & viciſſim ſo/
lennibus ſtipulationibus hincinde interuenientibus
ſeipſos & quelibet eorum: eorũq; & cuiuſlibet eorũ he/
redes & ſucceſſores & bona omnia & ſingula preſentia
& futura. & dictus citationem: proteſtationem: cõpro/
miſſi petitionem: q̃ alio quocunq; modo in iudicio vel
extra: de iure vel de facto mota fuerit dicto dño Philip
po vel eius heredibus & ſucceſſoribus per lineã maſcu/
linam inde vel ſuper dictis bõis aut aliqua ipſorũ parte
vſu vſufructu vel fructibus. Ipſam hmõi lite cauſam que
ſtionẽ & omnem nouitatẽ infra octo dies proxime futu
ros poſtquã eidem inuictiſſimo & illuſtriſſimo principi
vel eius heredibus & ſucceſſoribus notificatum & de/
nunciatum fuerit ſemel tantum perſonaliter vel ad lo/
cum reſidentie dominationum ſuarum per dictum do/
minum Philippum & eius heredes & ſucceſſores: vel
eorum procuratorem: vel per nuncium publicum loci
vbi conuentus fuerit: in ſe & ſuper ſe ſuſcipere & tranſ/
ferre animo nouandi iudicium in cauſa & cauſis tam
principalibus quam appellationis ſiſtere vſq; ad finem
litis & cauſe omnibus ipſius inuictiſſimi principis do/
mini Federici & eius heredum & ſucceſſorum ſumpti
bus laboribus & expenſis procuratorem aduocatum &
aliorum quorumcunq;: & exinde dictum dominũ Phi/
lippum & eius & heredes & ſucceſſores per lineam maſ/
culinã conſeruare in indẽnes & penitus ſine damno in
omnem litis euentum: & ſi lis & cauſa fuerit deciſa ſiue
non. Quam quidem conceſſionem & omnia & ſingula
ſupraſcripta fecit idẽ inuictiſſimus & illuſtriſſimus prin
ceps dominus. F. dux Vrbinas ſupra nominatus: ex eo
& pro eo maxime: quia dictus dominus philippus ibi/
dem incontinenti conſtitutus perſonaliter & in preſen



tia dicti inuictiſſimi principis domini Federici ſum/
ma cum reuerentia promiſit ipſi domino Federico duci
Vrbinati ſopraſcripto: ac ſponte iurauit ad ſancta dei
euangelia ſcripturis corporaliter manu tactis in ani
mam & ſuper animam ſuam ſuorumq; heredum: ex
nũc dicto inuectiſſimo & illuſtriſſimo principi & domi/
no domino Federico duci Vrbinati fidelem eſſe vaſſal/
lum: ipſumq; & heredes & ſucceſſores ſuos res iura &
honores ipſorum pro poſſe fideliter conſeruare & nul/
latenus & q̃ in detrimentum periculum verecundiam
& ſeu damnum perſone vel perſonarum rerum iurium
& bonorum: ac ſui pacifici & tranquilli ſtatus principa
tus & regiminis ſuorumq; heredum & ſucceſſorum ver
ti vel reſultare poſſet per ſe vel alium aliqua ratione
iure modo cauſa vel ingenio contraire vel contractare:
& ſeu aliquo modo machinari. Quinimmo ſi quos hoc
vel aliquod eorum tractare & procurare ſenſerit quam
citius & velocius poterit dicto inuectiſſimo & illuſtriſ
ſimo principi & domino domino Federico indicare &
reuelare. Et quicquid ſibi ſub fide credentia: ac reueren
tia ab eodem ſecretum propoſitum fuerit fideliter reti
nere: nec nõ perſonam: res: iura: honores & ſtatum ſuum
ipſius inuictiſſimi & illuſtriſſimi principis domini Fe
derici ſuorumq; heredũ & ſucceſſorum aduerſus quoſcũ
q;: excepto imperio romano ac ſede apoſtolica: & his
quibus fidelitatis debito erat aſtrictus tueri defendere
manutenere & conſeruare & totis viribus fauere & ad
iuuare & generaliter purã veram integram & gratam
& fidelitatem ſibi ſuiſq; heredibns & ſucceſſoribus red
dere & exhibere: ac in omnibus & per omnia impartiri.
Que omnia & ſingula ſupraſcripta promiſerunt & ſo
lẽnibus ſtipulationibus hincinde interuenientibus con
uenerunt dicte partes modis & noĩbus qbus ſupra ſibi
inuicem & viciſſim perpetuo firma & rata & grata ha

bere tenere attendere facere obſeruare: & contra non dare facere vel venire per ſe uel alium: ſeu alios aliqua rōne iure modo cauſa de iure vel de facto in iudicio vel extra ſub pœna florenorum duorum miliū auri largorū. Quę pęna totiens cōmitatur & peti & exigi poſſit & valeat cum effectu quotiēs cōtrafactum fuerit ſiue ventū. Qua pœna cōmiſſa vel non: exacta nel nō: ſoluta vel non: ſed ēt gratis remiſſa: prædicta & infraſcripta oīa & ſingula nihilominus perpetuo firma maneāt: & perdurent. Pro qbus oībus & ſingulis ſicut ſupra promiſſis obſeruādis & ratis habendis &: tenendis: pro dicta pœna ſoluenda ſi & quotiens cōmiſſa fuerit cum effectu obligauerunt ſupraſcripti contrahentes modis & nominibus: quibus ſupra ſibi inuicem & viciſſim ſolemnibus ſtipulatiōibus hincinde interuenientibus ſeipſos & quemlibet eorū: & eorum heredes et ſucceſſores & bona omnia ſingula prę ſentia & futura Renunciantes in præmiſſis omnibus & ſingulis exceptioni non ſic facti & celebrati contractus aliter fuiſſe dictum quam ſcriptum: econuerſo: rei nō ſic geſte: doli mali cōditioni indebiti ſine cauſa & ex iniuſta cauſa vis: metus: fraudis in factum actioni: fori: priuilegio: omniq; aliis iuris legum: conſtitutionum: canonū & ſtatutorū: auxilio: priuilegio. omniq; fauori edito vel vdendo a lege: vel ab homine eiſdem & cuilibet vel alteri eorū quomodolibet cōpetenti & competituro iuri & legi dicēti generalem renunciationem non valere: niſi p̄ceſſerit ſpecialis. De & ſuper qbus omnib⁹ & ſingulis ſupradictis dictus illuſtriſſimus princeps dominus. Federicus mādauit: & dictus dn̄s. Philippus rogauit me. L. notariū infraſcriptū quatenus de p̄dictis publicū ſeu publica cōficerē inſtr̄m vł nſtra vnū vel plura.

## Nominatio emptoris.

Certum eſſe dr̄ de q̄ p̄ſenti āno dn̄i. M. cccc. lxxxiii. Die vero. v. menſis Iulii p̄ximē præteriti Alfonſus &c. vēdidit &c. Ioāni emēti p̄ ſe & ſuis heredibus & nominandis ab eo in totū vel in partē infraſcripta bona videlicet. Vnū p̄ diū &c. Penas ꝯfin es &c. pro ptecio florenoꝝ centū auri de ſigillo: put de dicta venditione vidi cōſtare publicum inſtr̄m māu dn̄i Petri bruni ciuis & notarii publici florentini ſub dicta die. Vn̄ hodie hac p̄ſenti ſupraſcripta die dictus Ioānes emptor ſupraſcriptus volēs agnoſcere bonā fidē cōſtitutus perſonaliter in p̄ſentia mei notarii & teſtium ſupraſcriptoꝝ nōiauit in emptorē dictoꝝ bonoꝝ ſupra cōtentoꝝ & cōfinatorū Oliuerīū de Riciardis licet abſentē. & me. L. notarium infraſcriptū vt publicam perſonā per eo recipientē & ſtipulantē. Et inſuper dixit & aſſeruit & cōfeſſus fuit corā me notario infraſcripto: vt ſupra recipiētē: & ſtipulante ſe dictā emptionē feciſſe pro dicto Oliuerio & oīa & ſingula per eū in prædictis: & circa p̄dicta recepta fuiſſe & recepiſſe noīe dicti Oliuerii & de p̄priis denariis & pecuniis ipſius Oliuerii dictū ſupraſcriptū p̄ciū dictoꝝ bonoꝝ ſoluiſſe. Inſuper promiſit mihi. L. notario antedicto & infraſcripto vt ſupra recipienti & ſtipulanti ſe neminem alium nominaſſe in emptorē & pro emptorē dictorum bonorum & in futurum aliquem non nominare in emptorē: & pro emptore dictoꝝ. dictoꝝ. bonoꝝ. Quæ omnia &c. p̄omiſit &c. Attēdere. &c. Sub pœna &c Quę pœna &c. Qua pœna &c. Pro qbus &c. Obligauit &c. Renūciauit &c. per guarantigiā. Rogās &c.

## Permutatio.

Amerigius olim Ioannis & Auguſtini merciarius & de populo ſancti Romuli de Florētia per ſe & ſuos heredes iure proprio & imperpetuū: & omni meliori modo via iure & forma quibus magis & melius potuit & poteſt & eidem licuit & licet. Cum conditionibus tamē pactis & reſeruatiōibus infraſcriptis in principio medio & fine præſentis cōtractus & inſtrumēti interdi

ctum Amerigum & conradum ſolennibus ſtipulationibus hincinde interuenientibus firmatis & appoſitis & ſemper repetitis in qualibet parte pręſentis contractus & inſtrumenti ꝙ infraſcripta bona vt infra permutata ſemper intelligantur eſſe & ſint ſubiecta & ſubiaceant ſibi adinuicem & viciſſim & ecõuerſo reſtitutioni & recuperatiõi: ĩ caſu euictiõis: vł abuocatiõis infraſcriptorum bonorum. ita ꝙ pars permutans in caſu euictionis vel abuocationis ab eo facte de rebus & bonis ſibi: aut in eum permutatis: vel alicui eorũ partis habeat regreſſum & obligationem & hypothecam ad bona & in bonis & de rebus ſe permutata: & permutatis ante omnes creditores illius ĩ quem talia bona permutaſſet & etiã quantumcunq; anteriores dedi tradidit & permutauit Cornado olim Alloiſii Franciſci aromatario ibidem præſenti: & pro ſe & ſuis heredibus & ſucceſſoribus recipienti permutanti: & ſtipulanti. Vnam domum & cętera. Ponas loca: & confines: vna cum omnibus & ſingulis quæ dicta domus: & bona habent ſupra ſe infra ſe ſeu intra ſe in integrum: & cũ acceſſibus ingreſſibus & egreſſibus ſuis adiacentiis coherentiis pertinentiis & ſeruitutibus: tam realibus quam perſonalibus dicte domus ſeu dictis bonis aut propter dicta bonã debitis vel debendis: vſq; in vias publicas: & cũ omni iure & actione vſu ſeu requiſitiõe eidem Amerigo in & de dictis & ex dictis bonis quomõlibet competentibus & competituris tanquã res & bona ad dictum Amerigum pleno iure dominii pertinentia & ſpectantia. Ad habendum tenendum & poſſidendum vendendum & alienandum locandum & fruendum & quicquid dicto Conrado & eius heredibus & ſucceſſoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum. Et hoc ſpecialiter & nominatim pro vno prædio cum domino & pro domino & pro laboratore: & cum terris laboratis &c. Ponas la terra & confines. Quod ſupraſcriptũ predium dictus Conradus per ſe & ſuos heredes iure proprio & in perpetuum: dedit tradidit & permutauit & in cambium ex titulo & cauſa permutationis cõceſſit dicto Amerigo ibidem præſenti & pro ſe & ſuis heredibus ſucceſſoribus recipiẽti permutanti & ſtipulanti: vna cum omnibus & ſingulis q̃ dicta bõa: & vt ſupra in hoc inſtrõ. Ad habẽdũ tenẽdũ & poſſidẽdum &c. vt ſupra. Quę bõa a ſeipſis vt ſupra permutata dicti Amerigus & Cõradus adinuicem & viciſſim ſolẽnibus ſtipulationibus hincinde interuenientibus & quilibet eoꝶ conſtituerũt & q̄libet eoꝶ cõſtituit ſe & quẽlibet eoꝶ noĩe alterius & ꝓ altero tenerẽ & poſſidere dicta bõa a ſe ꝑmutata dõec & quouſq; vnuſq̄ſq; eorum rei ſibi permutate poſſeſſionẽ acceperit corpalẽ. Quã accipiẽdi & retinendi ẽt ſua ꝓpria auctoritate & ſine licẽtia vel decreto alicuius iudicis vel curie vnus alteri ad inuicẽ & viciſſim licentiam oĩmodam contulit atq; dedit &c. Cedant iura: & promittant de euictiõe hinc inde: vt ſupra in prima venditione: addendo ſepius iſtam clauſulam. Singula ſingulis congrue referẽdo. Et poſt remiſſionem defenſionis apponas iſtud pactum: Cum pacto inter ipſos contrahentes ſolẽni ſtipulatiõe vallato: ꝙ lata ſententia vel aliis quilibet actus ſuper euictione vel abuocatiõe ſeu ablatiõe huiuſmodi: ille a quo fuerint dicta bona in eum vel in eius auctores ꝑmutata euicta vel abuocata ſeu aliqualiter ablata in totum vel ĩ partem in dominio vel proprietate ſue poſſeſſione vſu vſufructu vel fructibus habeat regreſſum eiq; liceat ẽt ꝓpria auctoritate & ſine licentia vel decreto alicuius iudicis vel curie accederẽ ad bõa ad eo ꝑmutata: & de eis tenutã & corpalẽ poſſeſſionẽ apphẽderẽ: & exide fructus ꝑciperẽ & oĩa & ſingula alia facerẽ tanq̃ de rebꝰ ꝓpriis: & q̃ & ꝓut faciũt veri dñi & poſſeſſores de rebꝰ ꝓpriis De qbꝰ oĩbꝰ & ſingulis dicti ꝯtrahẽtes ſibi inuicem

& viciſſim licentiã & oĩmodã poteſtatẽ ꝑ pactũ inter eos ſolemni ſtipulatiõe vallato dederũt atq; cõtulerũt.

¶ Inſtim permutationis & pro parte venditionis

¶ Antonius olim Petri Franciſci &c. per ſe & ſuos heredes iure proprio & in perpetuum & omni meliori modo via iure & forma quibus magis & melius potuit & põt et eidẽ licuit & licet: dedit tradidit & permutauit: ꝓ parte vendidit & conceſſit Laurẽtio olim mathei Petri lanaiuolo ibidem p̄ſenti & pro ſe & ſuis heredibus et ſucceſſoribus recipienti permutanti ementi & ſtipulanti. Vnã domum &c. Penes confines: vna cum oĩbus & ſingulis q̃ dictas domus & bona habent ſupra infra ſeu intra ſe in integrũ: & cũ acceſſibus ingreſſibus & egreſſibus adiacentiis coherentiis pertinentiis & ſeruitutibus ſuis vſq; in vias publicas: Et cum oĩ iure & actione vſu ſeu reqſitione dicto Antonio & dictis bonis quomodolibet cõpetenti & cõpetituro. Ad habendum tenẽdum & poſſidendum locandum vendendum & alienandum & quicquid dicto Laurentio & eius heredibus & ſucceſſoribus deinceps placuerit perpetuo faciendũ & hoc ſpecialiter & nominatim pro vno podere cum domo ꝓ domio & pro laboratore & ꝓ terris laboratis &c. Penes confines & pro florenis ſexagintaq̄nq; de ſigillo: nomine additionis ſeu melioramenti & ſeu reguagli dicte ſupraſcripte domus: quos florẽos ſexagintaq̄nq; dictus Antonius fuit confeſſus & contentus habuiſſe & recepiſſe a dicto Laurentio dãte & ſoluẽte nomine additionis & melioramenti dicte ſupraſcripte domus: & de quibus dictus Antonius vocauit ſe bene pagatum tacitum & contentum: exceptioni non numerate pecuniæ oĩno renuncians. Quod ſupraſcriptum podere dictus Laurẽtius per ſe & ſuos heredes iure proprio & in perpetuum & omni meliori modo quo potuit & eidem licuit & licet eodem modo in cambium & permutationem dedit



tradidit & conceſſit & ꝑmutauit eidem Antonio ibidẽ præſenti & pro ſe & ſuis heredibus & ſucceſſoribus recipient & permutanti & pro parte ementi. vna cũ oĩbus & ſingulis q̃ dicta bona &c. vt ſupra in inſtrõ ꝑmutationis & ſubſequenter prime vẽditionis mutatis mutãdis.

¶ Datio in ſolutum.

¶ Cũ hoc ſit ꝙ de anno dñi. M.cccc.lxxii. & die. xxiii. menſis Nouembris dicti anni Petrus olim Symonis de cedernis ciuis florentinus fuerit confeſſus & ſe publice recognouerit debitorem Iacobi Alfonſi de ſtrozis ciuis florentini de ſumma & quantitate florenorum trecentorum auri largorum occaſione puri et veri et gratuiti mutui. Quos florenos trecẽtos auri largos dictus Petrus eidem Iacobo reddere promiſit inde ad vnum annum tũc proxime futurum: cum pactis modis obligationibus renunciationibus pœna guarantigia & aliis in dicto inſtrumento mutui contentis prout conſtare vidi publicũ inſtrm manu dñi Simonis grazini de ſtagia ciuis & notarii Florentini ſub dicta die: ad quod & contẽta in eo dicte partes ſe retulerunt & referũt. Vnde hodie hac præſenti ſupraſcripta die dictus Petrus volens eidem Iacobo de dicto ſuo credito ſatiſfacere: & cũ nõ habeat in pecunia numerata vnde commode poſſit dicto Iacobo ſatiſfacere niſi per bonorum infraſcriptorum dationem in ſolutum per ſe & heredes ſuos iure proprio & in perpetuũ dedit tradidit & adiudicauit in ſolutũ & pagamẽtũ pro dicta extimatiõe dictoꝝ florenoꝝ trecẽtorũ auri largorũ dicto Iacobo pñti & ꝓ ſe & ſuis heredibus & ſucceſſoribus recipiẽti & ſtipolãti ĩfraſcripta bõa tanq̃ bona et de bonis dicti Petri debitoris p̄dicti videlicet Vnũ podere &c. Penes confines &c. Quod qdem podere & bõa dictus Petrus ꝯſtituit tenẽ &c. vt ſupra in vẽditione ſed ĩferas hoc pactũ poſt ꝓmiſſionẽ defenſionis. Cum pacto appoſito & ſolemni ſtipulatione val

lato inter dictas partes præſenti contractu & inſtrumē
to: ꝙ ſi vllo vnquam tempore contigerit in futurum di/
cta bona vt ſupra eidem Iacobo in ſolutum et pagamen
tum data & adiudicata vel aliquod eorum vel aliquam
eorum partem tolli euinci vel aduocari dicto Iacobo et
eius heredibus & ſucceſſoribus liceat & licitum ſit eidē
Iacobo redire ad dicta ſua iura dicti crediti & ea petere
conſequi & exigere a dicto Petro & eius heredibus ac
ſi p̄ſens datio et ad iudicatio in ſolutum facta non eſſet.
& in omni caſu euictionis predicti ſaluū & integrum et
ille ſum remaneat ius ſuū ꝓ dictis florenis trecētis dicto
Iacobo creditori & eius heredibus & ſucceſſoribus &c.

¶ Donatio inter viuos

¶ Blaſius olim Zacharie de minerbettis ciuis florenti/
nus & de populo ſancte Trinitatis de Florentia non vi
dolo vel metu ſeu aliqua alia machinatione circūuentus
ex certa ſcientia & non per errorem & omni meliori mo
do via iure & forma quibus magis & melius potuit &
eidem licuit & licet per ſe & ſuos heredes pure mere li/
bere ſimpliciter irreuocabiliter & inter viuos. Ita tamen
ꝙ præſens donatio nulla integritudinis cauſa vel vitio
valeat reuocari, dedit tradidit donauit et conceſſit Gui
lielmo olim cardinali de oricellariis de Florentia ibidē
præſenti & pro ſe & ſuis heredibus & ſucceſſoribus re/
cipienti ſtipulanti infraſcripta bona videlicet. Vnum
podere & cætera. Vnam domū &c Ponas confines &c.
Cū omnibus & ſingulis aliis poſſeſſionibus & terris &
bonis ſolitis teneri & laborari cum dicto podere. Cum
omnibus & ſingulis quæ dicta bona habent ſuper ſe in
fra ſe ſeu intra ſe in integrum: & cum omni iure & actio
ne vſu ſeu requiſitione eidem Blaſio & dictis bonis quo
modolibet pretinente & ſpectante: & cum omnibus &
ſingulis acceſſibus īgreſſibus et egreſſibus ptinētibus ad
iacentiis & coherentiis & ſeruitutibus ſuis vſq; in vias



publicas & cum omnibus & ſingulis quæ infra prædi/
ctos continentur confines. Ad habendum tenendum &
poſſidendum: & quicquid Gulielmus deinceps pla/
cuerit perpetuo faciendum. Quæ bona vt ſupra dona/
ta dictus Blaſius donator ſupraſcriptus conſtituit ſe
præcario nomine tenere & poſſidere pro dicto Gui/
lielmo & eius heredibus & ſucceſſoribus donec & quoſ
cunque dictorum bonorum poſſeſſionem acceperit cor/
poralem quam accipiendi & deinceps retinendi etiam
ſua propria authoritate & ſine licentia vel decreto ali
cuius iudicis vel curie dictus. Blaſio eiſdem licentiam
omnimodam contulit atq; dedit liberam poteſta/
tem. Inſuper ex cauſa donationis prædicte dictus. B. de
dit ceſſit tranſtulit atq; mandauit eidem Guilielmo. vt
ſupra recipienti ſtipulanti omnia et ſingula iura et actio
nes reales: & perſonales: meras & mixtas: tacitas & ex/
præſſas. vtiles & directas: anormalas & conuentiona/
les: ciuiles & prætorias: & quaſcunq; alias eidem Bla/
ſio in dictis bonis quomodolibet competentes & com/
petituras pro euictione & defenſione dictorum bono/
rum. Conſtituens dictus Blaſius dictū Guilielmū vt ſu
pra præſentem & acceptantem ꝓcuratorem vt in rem
ſuam: poſuitq; ipm in locum & vniuerſum ius ſuum: ita
ꝙ admodo dictus Guilielmus & eius heredes & ſucceſ
ſores prædictis actionibus & iuribus ſibi ceſſis vti age
re experiri excipere replicare conſeq proſeq & ſe & di/
cta bona tueri petere exigere poſſit & valeat ſeu poſſint
& valeant & oia & ſingula alia facere poſſit q̄ poterat
dictus Bla. ante p̄ſentē donationē & iuriū ceſſionē. po/
nas pmiſſione defenſionis gñalis & reſtitutiōis extima
tiōis eius vnde oriet q̄ſtio. ſic eſt de voluntate partiū: vt
in venditiōe ſupra: pmittens & cōueniens dictus. Bla.
donator eidē Guilielmo vt ſupra pn̄ti & ꝓ ſe et ſuis he
redibus et ſucceſſoribus recipenti et ſtipulanti p̄dictam

donationē & oĩa & ſingula ſupraſcripta ꝑpetuo firma & rata atq; grata habere & tenere attēdere obſeruarē & adimplere & contra non dicere facere vel venire per ſe vel alium ſeu alios quoquo modo directe vel indirecte quouis quæſito colore aliqua ratione cauſa vel ingenio in iudicio vel extra de iure vel de facto. Et ſupradictam donationē inter viuos aliqua cauſa ingratitudinis vel alia quacūq; ratione modo vel cauſa directe vel indirecte tacite vel expreſſe aut alio quouis queſito colore per ſe vel aliū ſeu alios quoquo modo non reuocare infringere vel irritare: nec reuocari infringi vel irritari petere ſeu facere: ſub pœna dupli valoris & extimationis dictorum bonorum ſolēni ſtipulatione promiſſa in ſingulis & pro ſingulis pactis capitulis membris ſiue articulis preſentis contractus & inſtrumenti: & ſub refectione damnorum & expenſarum ac intereſſe litis & extra. Non penas pœnam niſi de voluntate danatoris. Quæ pœna &c. Quapœna &c. vt ſupra alias generalitates in aliis inſtrumētis &c.

¶ Donatio inter viuos omnium bonorum reſeruato vſufructu.

¶ Fabritius &c. Omni meliori modo vita iure & forma quo qua & quibus magis & melius potuit & eidem licuit & licet: non vi dolo vel metu ſeu aliq̄ alia machinatione circunuentus: ſed ex eius certa ſciētia & libera ſpōtanea voluntate & non per errorē aliquē iuris vel facti ꝑ ſe & ſuos heredes pure mere liber ſimpliciter & irreuocabiliter & inter viuos: ita q̄ hæc donatio nulla ingratitudinis cauſa vel vitio valeat reuocari vel annulari iure proprio & in perpetuū dedit donauit tradidit & titulo mere libere ſimplicis & irreuocabilis donationis inter viuos cōceſſit Benedicto olim Matthei de bonuiſis de Florētia licet abſenti: & mihi L. notario infraſcripto vt publice perſone ꝓ dicto B. & eius heredibus & ſucceſ



ſoribus preſenti recipienti & ſtipulanti omnia quæcūq; bona res & iura mobilia & immobilia & ſe mouentia iura noĩa & actiões dicti donatoris vbicunq; poſita conſiſtentia & exiſtentia & ad dictum Fabritium donatorem quomodocunq; pertinentia ſpectantia & competētia & competitura: quæ omnia hic pro expreſſe deſcriptis ꝯtentis & confinatis haberi voluit & mandauit. Reſeruato tamen eidē Fabritio in principio medio & fine ꝑſentis cōtractus inſtrumenti libero vſufructu dictorū bonorum rerum & iurium ſupra per eū donatorū toto tempore vitæ ſuæ: adeo q̄ fructus redditus & prouentus & alia quæcunq; occaſione dicti vſufructus ex dictis bonis rebus & iuribus ſupra donatis dicto Fabritio peruenientia & peruētura: & ꝑ ipſum Fabritiū toto tempore vitæ ſeu ꝑcipiēda dictus Fabritius ſua ꝓpria auctoritate exigere recipere percipere diſtrahere alienare & in ſui vſum & vtilitatem cōuertere de ipſiſq; in omnibus & per omnia facere & diſponere ēt per modum vltime voluntatis libere ſecundum velle ſuum: & prout & ſicut ſibi videbitur & placebit. Et dicta reſeruatione & conditione ſolidis & firmis ſtātibus idem Fabritius ex cauſa & titulo donationis inter viuos prædicte: & ceſſit tranſtulit & mādauit dicto Benedicto licet abſenti & mihi L. notario antedicto & infraſcripto vt ſupra recipienti & ſtipulāti omnia & ſingula iura & actiones reales & ꝑſonales vtiles & directas. ciuiles & pretorias: meras: & mixta: tacitas & expræſas anormalas & conuentionales: & quaſcūq; alias eidem Fabritio donatori competētes & competituras quomodocunq; & quacunq; ratione iure modo vel cauſa in & ſuper dictis bonis rebus & iuribus ſupra donatis: & contra quaſcunq; ꝑſonas & q̄cūq; bōa obligatas & obligata tā principaliter q̄ acceſſorie. Cōſtituēs dictus Fabriti⁹ donator dictū Benedictū procuratorē vt in rem ſuam: poſuitq; ip

ſum ĩ locũ et vniuerſum ius ſuũ ita ꝙ admõ dictis actio
nibus & iuribus vt ſupra ceſſis dictus Benedictus dona
tarius & eius heredes & ſucceſſores vti poſſint valeãt et
in prædictis & pro p̃dictis petere exigere recipere con
trahere ꝓſequi cõſequi agere & experiri: & ſe dicta bo-
na tueri: & oĩa & ſingula alia facere q̃ & prout potuiſſet
dictus Fabritius donator ante p̃ſentem donationem et
iurium ceſſionẽ. Quæ bona vt ſupra donata dictus Fa
britius cõſtituit ex nũc ſe precario noĩe tenere & poſſi-
dere pro dicto Benedicto & eius heredibus & ſucceſſo
ribus donec dictoꝝ bonorum vt ſupra donatoꝝ & cu-
iuſlibet eoꝝ tenutã & corporalem acceperint poſſeſſio
nem. quam intrandi accipiendi & deinceps retinendi ẽt
ſua propria authoritate & ſine licentia vel decreto ali-
cuius iudicis vel curie. Salua & firma nihilominus ſtan
te & remanente dicta conditione & reſeruatione vſu-
fructus eidem Benedicto donatario prædicto & eius
heredibus & ſucceſſoribus licentiam oĩmodam, cõtulit
atq; dedit liberam poteſtatem. Ponas ꝓmiſſionẽ defen-
ſionis generalis bonoꝝ donatoꝝ: & reſtitutionis extiſti
mationis & valoris rei vnde orietur q̃ſtio ſi de volunta
te donatoris fierit vt in venditione ſuperius quam do-
nationem & oĩa & ſingula ſupraſcripta dictus. F. ꝓmi-
ſit & ſolemni ſtipulatione conuenit dicto b̃ndicto licet
abſenti & mihi. L. notario antedicto & ſupraſcripto vt
publice perſone pro dicto. B. & eius heredibus & ſucceſ
ſoribus ꝑpetuo firma & rata habere tenere attendere &
obſeruare: & cõtra nõ dare facere vel venire p ſe vel aliũ
ſeu alios directe vel indirecte tacite vel expræſſe aliqua
rõne iure modo cã vel ingenio ſeu alio quouis q̃ſito co-
lore in iudicio vel extra de iure vel de facto. & dictam
donationem inter viuos aliq̃ cã ingratitudinis vel alio
quocũq; modo p ſe nec per alium ſeu alios quoquo mõ
non reuocare annullare infringere vel irritare: nec etiam



reuocari annullari infringi: vel irritari petere ſeu facere
ſub pœna & ad pœnam valoris & extimationis dicto-
rum bonorum: vt ſupra donatorum ſolemni ſtipulatio-
ne promiſſa in ſingulis: & pro ſingulis capitulis pactis
membris ſiue articulis præſentis contractus & inſtri: &
ſub refectione damnorum & expenſaꝝ ac intereſſe litis:
& extra. Non ponas pœnã niſi de conſenſu donatoris.
Quæ pœna totiens committatur & peti & exigi poſſit
& valeat cum effectu. quotiens contrafactum fuerit ſiue
ventũ. Qua pœna cõmiſſa vel nõ exacta vel non: ſoluta
vel non: ſeu ẽt gratis remiſſa: p̃dicta & infraſcripta oĩa
& ſingula: nihilominus ꝑpetuum firma perdurẽt: pro q̃
bus oĩbus & ſingulis obſeruandis: & firmis & ratis ha-
bendis & adimplendis: & ꝓ dicta pœna ſoluenda ſi &
quotiens commiſſa fuerit cum effectu dictus. F. obliga-
uit ſeipum: eiuſq; heredes & bona oĩa & ſingula p̃ſentia
& futura. Renuncians in prædictis oĩbus & ſingulis ex
ceptioni non ſic facti: & celebrati contractus. rei non ſic
geſte aliter fuiſſe ſcriptum quam dictum vel recitatum:
vel econtra: doli: mali: vis: metus: fraudis: conditioni in
debiti ſine cauſa: & ex iniuſta cauſa: in factum actio-
ni: omniq; alii iuris legum canonum et ſtatutoꝝ in pri-
uilegio beneficio & fauori edito vel edendo a lege: vel
ab homine: eidem contra prædicta vel aliquod p̃dicto
rum q̃nolibet cõpetenti: & competituro. & iuri et legi
dicenti generalem renunciationem non valere: & non
ſufficere niſi præceſſerit ſpecialis. Cui quidem. F. præ-
ſenti audienti & intelligenti præcepi ego. L. iudex ordi
narius: notariuſq; publicus infraſcriptus per guaranti-
giam & cætera. Rogans &c.

¶Locatio ad affictum.

¶Nicolaus olim bonacurſii de Bardis ciuis Florẽtinus
& de populo ſc̃i Pauli de Florentia per ſe: & ſuos here-
des in & omni meliori modo via iure & forma qui-

bus magis & melius potuit: locauit ad affictum Laurentio alias nenci olim Fracisci. Nutini laboratori terrarũ populi sancti columbani plebatus septimi comitatus Florẽtiæ præsenti: & pro se: & suis hæredibus recipienti & ↄducẽti vnũ podere &c. Si esset domus: vel ṗdiũ vrbanũ. Dicas locauit ad pensionẽ ꝑ tempore & termino quinq; annorum proxime futurorum incipiendorum in kalendis, Octobris proxime futuris: & vt sequit: finiendorum pro affictu: & mercede dictorum bonorũ: & dictæ locationis florenorum vigintiquinq; auri de sigillo promittens & solemni stipulatione conueniens dictus Nicolaus locator prædictus dicto Laurentio conductori prædicto: vt supra recipienti conducẽti & stipulanti præsentem locationem & omnia in ea cõtẽta firma & rata habere: tenere & obseruare: & in nullo contrafacere vel venire per se: vel alium seu alios: dictaq; bona non vendere, nec alienare: nec ex eis aliquem contractum facere præiudicialem: vel in præiudicium præsentis locationis seu dicti conductori vel eius heredum: vel quo minus dictus Laurentius conductor vel eius heredes possint & valeant libere vti & frui bonis prædictis durante tempore locationis prædictæ: quinimmo bona prædicta durante tempore dicte locationis dicto conductori & eius heredibus legitime defendere auctorizare & disbrigare: & modis omnibus expedire: & in principio temporis dicte locationis vacuam liberam: & expeditam possessionem dictorum bonorum dictis locatoribus tradere. Quam intrandi & deinceps retinendi sua propria auctoritate & sine licentia vel decreto alicuius iudicis vel curie: & vtendi & fruendi toto tempore locationis predicte eidem licentiam omnimodã dedit: & ex aduerso dictus cõditor promisit & solenni stipulatione cõuenit dicto locatori ṗsenti & pro se & suis heredibus & successoribus recipienti & stipulãti: dicta



bona bñ & diligẽter colere laborare & cultiuare: sepes ac fossa manutenẽ ac remũdarẽ suis ꝓpriis sumptibus laboribus & expẽsis. Arbores ĩ dicto podere & bonis existentes natas & radicatas nõ incidere sine expressa licẽtia dicti locatoris vel eius heredũ. Dictaq; bona durãte dicto tpe dicte locationis ꝑ dicto locatore tenere & possidere et ꝑ alio nõ cõfiteri vel recognoscere. Et dare & numerare quolibet anno dictorũ qnq; annoꝝ de mẽse Augusti eidẽ locatori Florentie apud domum sue habitationis florenos. xxv. auri de sigillo: ꝑ affictu & mercede dictorum bonorum & dicte locationis. Cum pacto apposito & solẽni stipulatione vallato inter dictos contrahentes in presenti contractu & instrumento: & deficiente dicto Laurentio conductore in aliqua solutione ex solutionibus & pagis suprascriptis. presens locatio intelligatur exnunc prout extunc & extunc prout exnunc finita & resoluta ad beneplacitum tantum dicti locatoris. Et finito tempore dicte locationis dicta bona in que bono statu & conditione quali nunc sunt & potius meliorata quam deteriorata dimittere & relaxare dicto locatori vel eius heredibus libera vacua & expedita. Et huius affictus vel alicuius partis ipsius nõ opponere vel probare solutionem vel absolutionem finem remissionem aut termini mutationem: vel aliud pactũ: per tes vel alio modo: nisi per aliud publicum instrumẽtum finis solutionis vel absolutionis: vel per istud verbum damnatum vel legitime cancellatum. Que omnia &c. promiserunt dicti locator & conductor et quilibet eoꝝ sibi iuicẽ et vicissim solẽnibus stipulatiõibus hĩcĩde ĩteruenĩẽtibus ꝑpetuo &c. vt supra in generalitatibus, & in obligationibus bonorum. Ponas ꝙ locator in speciem: ita tamen ꝙ specialitas gñalitati nõ deroget nec econtra: obligauit dicta bona in supra locata.

¶ Datio in emphiteosim siue ad liuellum.

¶ Venerabilis vir dñs Nicolaus olim Ioãnis de Soderinis De Florentia prior & curator parrochialis eccleſie ſancti Iacobi ſuper Arnum de Floretia & p ſe & ſuos heredes & i dicta eccleſia ſucceſſores: & omni meliori modo via iure & forma quibus magis & melius potuit & poteſt & eidem licuit & licet locauit & conceſſit ad liuellum & in emphyteoſim & ad reuocãdũ domino Antonio Bernabe guidonis notario & ciui florentino preſenti recipienti & conducenti pro ſe & ſuis filiis & deſcendentibus ac heredibus legitimis ad quos de iure liuellaris actio ſuccedit & tranſfertur. Quoddam ſolum ſe terrenum dicte eccleſie ſuper quo eſt edificiũ cuiuſdã domus que minatur ruinam ſite. Florentie: & in populo ſancti Simõis de Florentia. Ponas latera & cõfines. Ad habendum &c. cum oibus &c. quod terrenum ſolitum erat locari Antonio Ioannis purgatori: pro tempore & termino vigintinouem annorun initiandorum in calendis Ianuarii proxime futuri: & vt ſequitur finiendorũ. & ſucceſſiue ad renouãdũ de vigintinouẽ ãnis in. xxix. annos inperpetuum. Et ſic renouare pmiſerunt ſibi inuicem & viciſſim dicte partes ſolennibus ſtipulationibus hincinde interuenientibus vt ſupra & vt infra continetur pro annua penſione liuellaria ſolidorum ſexaginta ſemper ſoluendorum in fine cuiuſlibet anni: & in tempore renouationis ſolidorum viginti ſemper. Promittens & cõueniens dñs Nicolaus prior prædictus dictis mõis & noibus dcõ domino Antonio cõductori vt ſupra recipiẽti & ſtipulãti dictum terrenum ſibi & ſuis filiis & deſcendẽtibus maſculis legitimis & naturalibus per lineam maſculinam eorum & cuiuſlibet eorum vita durãte: etiam ſi vnus tãtũ ſupereſſet: iperpetuũ dimittere & relaxare. Et ꝙ dictus dñs Antonius ipſius dñi Antonii vita durãte & ſucceſſiue eius filiorum & deſcẽdentium maſculorum & legitimorum & naturalium predictorũ



& nõ vltra poſſint & valeant & poſſit & valeat dicta bõa & quodlibet eorum hẽre tenere & poſſidere vt & frui ad modicum tp̃s locare, & ſuper eis edificare & oĩa & ſingula alia facere exinde pro eorum & cuiuſlibet eorum libito voluntatis. Ita tamẽ & cum hoc pacto ſaluo & reſeruatis conditione & lege: quod non poſſint neq valeant dicta ſeu de dictis bonis in totum vel in partẽ vendere alienare aut quoquo modo in alium tranſferre: vel viam vltime voluntatis quoquo modo diſponere: aut ab aliis conducere vel confiteri. Sed teneantur & debeant dicta bona manutenere & conſeruare meliorare & non deteriorare quoquo modo. & ꝙ defũctis ipſis domino Antonio ipſiuſq domini Antonii filiis & deſcẽdentibus quibuſcunq maſculis legitimis & naturalibus: adeo ꝙ nullus ex eis ſuperextet: tunc & eo caſu incontinenti ipſo iure bona predicta dicte eccleſie cadant & redeant & reconſolidentur cum omni ſuperficie & melioramento: & ad ipſam eccleſiam ſpectent & pertineant ipſo iure. Et ꝙ dictus dñs Antonius & eius deſcendentibus maſculi legitimi & naturales tineantur & debeant: & ſic ſolenni ſtipulatione promiſit & cõueñit dictus dñs Antonius dictis noibus dicto domino Nicolao vt ſupra preſenti & pro ſe & dicta eccleſia & eius ſucceſſoribus recipienti & ſtipulanti dare ſoluere & pagare nomine auillari ſeu liuelli dicto domino. N. & eius ſucceſſoribus & in dicta eccleſia prioribus pro tempore exiſtẽtibus quodlibet anno totius dicti temporis & ſeu temporum quo & ſeu quibus durabit preſens locatio datio atq conceſſio libras tres ſemper. Necnõ de vigintinouem annis in vigintinouem annos facere renouationem recognitionem & reconductiõem dictorum bonorũ a dicto dño. N. & eius ſucceſſoribus prioribus in dicta eccleſia pro tempore exiſtentibus cum eodem auillari mercede, ſiue liuello. & cum eiſdem pactis & cõ

diuiſionibus in preſenti contractu appoſitis. Et etiam
pro hm̃oi renouatione recognitione & reconductione
dare & ſoluere dicto domino.N.& eius ſucceſſoribus li
bram vnam.& ꝙ ꝓpterea non recedatur a mercede aui
latio ſeu liuello annuatim debendo vt ſupra dictum eſt.
Cum pacto appoſito in pñti contractu & inſtrumento
& ſolemni ſtipulatione vallato inter dictos contrahen
tes ꝙ deficientibus obmittentibus & contrauenietibus
dictis domino Antonio & filiis & deſcendentibus ſu
pradictis pro quibus pñs receptio & ſtipulatio facta eſt
aut quocunq; ipſorum. quandocunq; qualitercunque
& quotienſcunq; in & ſuper premiſſis vel aliquo eorum
ad que vt ſupra tenentur & obligati ſunt:eo caſu ſeu ca
ſibus vel altero eorum emergentibus:quod abſit: incon
tinenti ipſo iure & facto:dictum ſolum terrenum & do
mus & bona cum oĩ ſuperficie & melioramẽto redeant
cedant & reuertantur & conſolidata eſſe intelligantur
& ſint integraliter & inſolidum pleno iure ad dictam
eccleſiam.Et poſſint & valeant dictus dñs. N. prior &
eius ſucceſſores in dicta eccleſia per ſe vel eoꝝ & cuiuſli
bet eorum ſindicum & mandatarium propria autho
ritate dicta bona ingredi & ea tenere vſufructare & al
teri locare vendere & concedere ꝓ eorum libito volun
tatis.Et verſa vice dictus dñs Nicolaus dictis modis &
nominibus teneatur & debeat & ſic promiſit & ſolemni
ſtipulatione conuenit dicto dño Antonio vt prefertur
recipienti & ſtipulanti ſupra dictum ſolum & ſeu terre
num domum & bona in totum vel in partem donec du
rabit præſens locatio atq; conceſſio nullatenus tollere
vel abuocare quoquomodo. Ipſumq; ſolum terrenum
domum & bona in totũ vel in partem non vendere alie
nare vel tranſferre:& nulli alii locare vel concedere: nec
cõtractum aliquem facere in preiudicium dicti domini
Antonii aut dictorum eius filiorum & deſcendentium
predictorum



prædictorum vel alicuius eorum:quin dictis dñs An
tonius & dicti eius filii & deſcendentes & vltimus ſu
peruiens vt ꝑfertur poſſit in dictis bonis facere oĩa &
ſingula q̃ ſupra in eoꝝ & cuiuſlibet eoꝝ fauorẽ ſunt ex
preſſa.Verum teneatur & debeat dictus dñs Ni.dictis
modis & nominibus ſupradictum ſolum terrenum do
mum bona & quodlibet eorum & quãlibet eorum par
tem.fructus que redditus & ꝓuentus eorundem dicto
dño.Antonio.dictiſq; eius filiis & deſcẽdẽtibus & vl
timo ſuperſtiti ex eis vt prefertur defendere auctori
zare & diſbrigare & modis oĩbus expedire ab omni ho
mine perſona loco cõi collegio ſocietate & vniuerſita
te in iudicio & extra:de iure & de facto. Que omnia &
ſingula ſupraſcripta & infraſcripta promiſerunt & ſo
lenni ſtipulatione cõuenerunt dicte partes & quelibet
earum de per ſe dictis modis & noĩbus perpetuo firma
& rata & grata habere tenere attendere & obſeruare &
adimplere cõtra non dare dicere facere vel venire per ſe
vel alium ſeu alios aliqua ratione iure mõ vel cauſa in iu
dicio vel extra de iure vel de facto:ſub pẽa florenorum
Antonius eidem Paulo ibidem præſenti & pro ſe & ſuis heredibus recipienti & ſtipulanti: dictam vaccam & vitulum & fructus & fœtus quos deus ex eis dederit dicto Paulo & pro dicto Paulo & eius heredibus ſemper tenere recognoſcere & confiteri pro dicta extimatione: & dictam vaccam & vitulum & eius fructus & fœtus bene & diligenter & cum omni exacta & exactiſſima diligentia & ſollicitudine cuſtodire ſaluare paſcere atq; nutrire omnibus ſuis ſumptibus laboribus & expenſis: & fructus & fœtus quos deus ex dicta vacca primo dederit eidem Paulo dare & conſignare: donec & quouſq; eidem Paulo fuerit integre ſolutum & ſatiſſactum de dicta extimatione: & poſtquã dicto Paulo de primis fructibus & fœtibus dicte vacce & vituli fuerit pro dicta extimatione integre ſolutum & ſatiſſactum: totus fructibus qui ab inde in antea ſe queretur ex dicta vacca & vitulo vel ſuis fœtibus inter eos pariter medius diuidatur. Hoc inter eos acto & per pactum expræſſe appoſito in præſenti contractu ſolemni ſtipulatione vallato: ꝙ ſi ipſa vacca & vitulus vel eius & eorum fructus & fœtus dicti Antonii vel ſue familie vel nuncii ſiue famuli dolo: aut mala cuſtodia: & culpa leui vel leuiſſime periret vel perirent aut deuaſtaretur vel deuaſtarentur: dictus Antonius eidem Paulo & eius heredibus: dictum prætium extimationis integraliter & in totum reſtituere teneatur cum omni damno & intereſſe. Et ſic reſtituere promiſit dictus Antonius dicto Paulo vt ſupra præſenti recipienti & ſtipulanti. Sed ſi diuino iudicio aut fortuito caſu perierit: tunc dictum dominum communiter ſupportetur a dictis partibus: iſtud eſt contra bonos mores: & ex aduerſo dictus Paulus promiſit & ſolemni ſtipulatione cõuenit eidem Antonio ibidem præſenti & pro ſe & ſuis heredibus & ſucceſſoribus re‑

cipienti & ſtipulanti: dictam vaccam & vitulum & fœ-tus quos deus dederit eidē Antonio ab oī hoīe pſona loco cōi collegio ſocietate & vniuerſitate legitime & de iure defendere auctorizare & disbrigare & modis oib⁹ expedire. Reſeruato nihilominus in ſe dominio & proprietate dicte vacce & vituli & fœtus eorūdem: ita ꝙ poſſint eam & eas a poſſidēte quilibet vendicare. Quas omnia & cætera: vt in aliis inſtrumentis.

¶ Creatio tabellionis.

¶ Licet imperialis excellētia maieſtatis ſupra omnium temporalium ſpeculum cōſtituta populos fide Chriſtianitatis imbutos ſuo ſalutifero iuſto & equo intuitu regat & dirigat vniuerſos: tamen quia illa glorioſa perſona quæ imperio eminet. ſemper & vbiq; non poteſt variis exigētibus negociorum meritis exhibere ac tradere ſe præſentem: preſertim cum aliquando contingat ꝙ eadem de medio diuino iudicio ſubtracta mundus caret. Idcirco expedit vt princeps romanus ſue poteſtatis & iuriſditionis honores inter proceres ſuos alioſq; īſignes & egregios viros īperii fideles priuilegiis & reſcriptis cæſareis decorat & patiatur: qui vice ſua fidelibus īperii muneta offerant gratioſa. Hinc eſt ꝙ olim fœlicis recordationis ſereniſſimus princeps & dn̄s Carolus quartus diuina fauente clementia Romanoꝝ imperator & ſemper Auguſtus & Boemiæ rex: magnifico equiti domino Aloyſio de guiciardinis ciui florentino ſacri lateranenſis palatii comiti ſuo & imperii ſacri fideli conſiliario ſuo dilecto: de ſui promotionis gratia fauoris beniuolentia gratiam fecerit ſpecialem. Sibiq; dn̄o Aloyſio: ipſiuſq; dn̄i Aloyſii filiis & heredibus & ſucceſſorib⁹, ac ab eo maſculino legitime deſcendētib⁹: īperiali auctoritate ex certa ſciētia: īpatorie maieſtatis dederit & conceſſerit poteſtatem vbiq; locoꝝ atq; per totum romanū ſacrum imperiū creandi tabelliones notarios & iudices ac etiam naturales ſpurios & baſtardos quoſcunq; defectum natalium patientes quocūq; modo etiam ſi eſſent ex damnato coitu vel inceſtuoſo procreati legitimandi & eos reducendi per omnia ad ſtatum ac ſi eſſent de legitimo matrimonio procreati & alia faciēdi de quibus latius & plenius in priuilegiis & reſcriptis dicti ſereniſſimi principis & domini domini Caroli prædicti ipſius imperialiq; ac regali bulla cerea præmunitis: & dicto domino Aloyſio & aliis prædictis conceſſis per me. L. notarium infraſcriptum viſis & lectis & diligenter īſpectis in anno dn̄i. M. cccc. xxxiiii. decimo Cal. Mai. Boemie continetur. Hodie uero præfatus magnificus eques dominus Aloyſius comes palatinus ſupraſcriptus ex auctoritate poteſtate licentia atq; gratia eidem vt præfertur per dictum ſereniſſimum pricipem & dn̄m dn̄m Carolum indultam in dicto & per dictum priuilegium & reſcriptum: intellecta expoſitione petitione & ſupplicatione coram eo facta p dn̄m Frāciſcum olim Dominici de Lafranchis ciuem florentinū flexis genibus exiſtētē & ſupplicantem: qui humiliter poſtulat: quatenus ipſum Fran. perſonam publicam & auctenticam tabellionē & iudicem ordinarium ex imperiali quæ fungit̄ auctoritate dignaretur promouere & creare. Quapp idem dominus Aloyſius comes præfatus: attendens ipm Frā. iſtatū ſcientia ac morū honeſtate fulgere & in arte notaria cōpetenter inſtructum: votis & ſupplicationibus dicti. F. tanq̄ iuſtis fauorabiliter annuens: oibus ꝯſideratis q̄ conſiderāda fuerūt & cōſideratione diligēti ꝑhabita. Chriſti & eius matris virginis Marie noibus inuocatis: ad decus & honorem ſacri Ro. imperii ipm Fran. ꝑſentem & vt ꝑmittit̄ flexis genibus ſuſcipiētem: publicum & auctenticū notariuȝ tabellionē et iudicē ordinariū creauit et fecit de arte et officio tabellionatus publice operādo tam in inſtr̄is et vltimis volūtatib⁹: et qbuſcūq; iudicia

libus: actibus autentice conſcribendis quam in omnibus & ſingulis aliis faciendis quomodolibet pertinentibus & ſpectantibus ad officium autenticum tabellionatus: per omnes terras & loca quae Romanum conſitent imperium. Cum poena & calamario per dationem annuli aurei & alapha ſubſequente perpetue recordationis gratia legitime inueſtiuit. Concedens inſuper atque dans eidem. F. licentiam & auctoritatem: quod decreto vbilibet & maxime in locis praedictis & quolibet eorum poſſit & valeat tutores & curatores & actores infantibus minoribus pupillis adultis ac etiam furioſis prodigis ſurdis mentecaptis & aliis quibuſlibet morbo perpetuo laborantibus dare conſtituere & confirmare: & eiſdem geſtum & adminiſtrationem perſone & perſonarum rerum & bonorum eorundem committere & decernere: & auctoritatem & decretum interponendi: & mulieribus mundualdos dandi & conſtituendi cum decreti: & auctoritatis praedictorum interpoſitione. Qui Fran. ipſi magnifico equiti domino Aloyſio comiti praedicto nomine dicti ſacri Romani imperii repreſentari corporaliter praeſtans iuſiurandum iuramento promiſit: quod inſtra quaecunque tam publica quam priuata & vltimas voluntates & quaecunque iudiciorum acta eſt & omnia & ſingula quae ſibi ex debito ſui officii facienda & ſcribenda occurrent iuſte pure ac fideliter omni fraude ac machinatione falſitate dolo remotis ſcribet & faciet: ac ſcripturas illa quas in publicam formam debebit redigere in membranis & non in chartis abraſis fideliter conſcribet. Nec non ſcientias & dicta teſtium vltimaſque voluntates & cuncta alia inſecreto teneri exigentia: donec legitime publicata fuerint: & aperta: ſub ſecreto fideliter retinebit: & omnia alia quae ad idem officium pertinere dignoſcuntur diligenter obſeruabit. Et inſuper iuramento praeſtito vt ſupra idem Fran. promiſit & ſolemni ſtipulatione nec conuenit dicto domino Aloyſio recipienti pro dicto Romano imperio ac pro ſeipſo & ſuis conſortibus & deſcendentibus per lineam maſculinam non eſſe vllo vnquam tempore in futurum in tractatu conſenſu verbo vel opere & nihil dicere facere vel attentare ſtatui & honoribus dicti romani principis & dicti comitis praeiudicaturum vel damnoſum. Sed ſi quid ſenſerit: quanto citius poterit reuelabit: ſeque perpetuo eſſe fidelem & deuotum romano imperio & dicto comiti & eius ſucceſſoribus ſub poena & ad poenam florenorum mille auri largorum. quam poena ſi contrafecerit vel venerit: dare & ſoluere promiſit dicto domino Aloyſio recipienti pro dicto romano imperio pro vna dimidia: & ipſi domino Aloyſio recipienti pro ſe & ſuis heredibus & ſucceſſoribus pro alia dimidia. pro quibus omnibus & ſingulis &c. In quorum omnium teſtimonium idem dominus Aloyſius comes pallatinus praefatus mandauit per me. L. notarium infraſcriptum hoc publicum de praedictis confici inſtrumentum & tam ſui quam ſuorum conſortium ſoliti ſigilli munimine roborari.

¶ Legitimatio baſtardi.

¶ Imperialis excellentia maieſtatis quae ſuper omnium temporalium culmina virtutum diademate debet exiſtere coronata: ne offuſcationis ingratitudine migraretur: & ne lati beneficii ratio deleretur alas praemiorum benemeritis extendens in magnificum virum Iacobum de Guiciardinis ſacri Lateranenſis palatii comitem & eius heredes & ſucceſſores maſculini ſexus ab eo in perpetuum deſcendentes: qui eidem imperiali celſitudini fidelis & deuotus a longeuis temporibus ſuis digniſſimo digniſſimis ſeruitiis & gratis honoribus & obſequiis in omnibus placere ſtuduit & placuit: plenam & amplam dignitatem & gratiam per ſecula ſeculorum infudit legitimandi ſpurios & baſtardos inceſtuoſos & naturales & manſeres: & eos & quemlibet eorum faciendi

legitimos: & alia plura magnalia qua in ſuis auctẽticis
priuilegiis digne ſacro Ro. imperio & ſereniſſimo prin
cipe & dño dño Henrico ſexto diuina fauente clemẽtia
Ro. imperatore & ſemp Auguſto ac Boemie rege con-
ceſſis: de quibus latius & plenius in priuilegio & reſcri
pto dicti ſereniſſimi principis & dñi dñi Henrici ipſiꝰ
regali bulla præmunito dictis Iacobo & eius heredibꝰ
ſucceſſoribus conceſſo de menſe & anno &c. ſublato pa
due & per me. L. notarium infraſcriptum uiſo & lecto
ſerioſius continetur: nõnulli inſerũt priuilegium de ver
bo ad verbum: & vtũtur alio prohemio ſimili ſupraſcri
pto de creatione notariorum. Tu eligas ꝙ placet. Qua
re conſtitutus perſonaliter coram magnifico Petro filio
legitimo & naturali dicti Iacobi ex legitimo matrimo
nio procreato comite palatino pro tribunali ſedente in
loco prædicto & gerente in hac parte vices imperatorie
maieſtatis ſecundum formam prædictorum priuilegio
rum. Franciſcus Sigiſmundi de circulis de Florẽtia æta
tis quĩdecim annorum & vltra ex illegitimo coitu ge
nitus & natus ex dicto Sigiſmundo eius patre ſoluto:
& ex Lena de Albania matre dicti Franciſci tempore
conceptionis & ortus dicti Franciſci a ſacris ordinibus
& matrimonio ſoluto genibus flexis & cum omni debi
ta reuerentia expoſuit dictus Sigiſmundus pater dicti
Franciſci eidem Petro præſenti audienti & intelligenti
dictum Fran. eius filium non fuiſſe nec eſſe legitimũ nec
de legitimo matrimonio natum: ſed pœnitus naturalẽ.
Supplicans cum prædicta reuerentia eidem Petro co-
mite palatino habenti priuilegium de quo ſupra: vt Cæ
ſarea auctoritate qua fungitur dignaretur dictum Fran
ciſcum filium ipſius Sigiſmũdi & domine Lene. qui nõ
peccauit licet fuerit in peccato mortali conceptus: amo
re dei & intuitu gratiæ & miſericordie de ſpeciali gra-
tia legitimare & filium legitimum facere & conſtituere:



& iuri naturali primeuo ac natalibus primis in omnibꝰ
& per oĩa reſtituere: quo & qbus non erant diſtincti coi
tus ſed oẽs legitimi naſcebanť: ac ipſum Frã. habilitare
quo ad oẽs actus legitimos: & honores decetero admit
tať ipſe Fran. vt poſſit ipſis decetero vti & facere & ex-
ercere tanꝙ legitimus: & ex pleno ꝑuilegio legitimatus.
& in oĩbus pactis publicis & priuatis ſupeſſe poſſit: &
ea ſolẽniter exercere: & vt admittať & admitti debeat
pleno iure ac ſucceſſionẽ & hereditatẽ ipſius ſui natura-
lis pñis: & ſi dictus Fran. aliter nõ poſſet ꝓbare ſe fore eiꝰ
filiũ. Quẽ Franciſcũ dictus Sigiſmundus pater ex nunc
corã dicto magnifico viro Petro comite palatino præ-
dicto: & me notario: & teſtibus ſupraſcriptis. & pñte
& vadiente dicto Fran. in figura iudicii ꝯſtitutus fuit
ꝯfeſſus dictum Franciſcũ fore ſuum filium ex illicito coi
tu ꝓcreatum & oĩum alioꝝ ſuperioꝝ ſuoꝝ aſcendentiũ
& conſanguineoꝝ agnatoꝝ & cognatorum ſuoꝝ ex te
ſtamento & ab iteſtato & ex qualibet alia vltima volũ
tate & quolibet alio modo iure. & ad oĩa: & alia ſingu-
la q̃ idem Petrus comes palatinus cæſarea auctoritate p̃
fata eundẽ Fran. habilitare põt: & ei cedere poteſtatẽ in
prædictis & circa p̃dicta. Qui dñs Petrus comes palatĩ
nus præfatus petitione & ſupplicatiõe dicti Sigiſmũdi
audita ꝯſiderans illegitime genitos quos moꝝ decorat
honeſtas naturę vitiũ minime decolorat: qa decus virtu
tum geniture maculã abſtergit in filiis: & pudicitia mo
rũ pudor originis aboletur. Cũ itaqꝫ ſic exhibita coram
eo: vt ſupra petito p dictũ Sigiſmũdũ cõtinebat qđ di
ctus Fran. q defectũ nataliũ patiť de dicto Sigiſmũdo
genitus & de dicta Lena ſoluta: defectũ hmõi vitæ ac
moꝝ honeſtate aliiſqꝫ multiplicibus ꝓbitatis & virtutũ
meritis recõpenſas & redimens fauore virtutũ qđ in eo
ortus odioſus ademit. Cõſiderans inſup donum ſibi cõ
ceſſum nõ eſſe occultandũ: ſed potius ꝑpalandũ. Atten-

dens etiam quod fragilis naturæ conditio eſt:& pſona
ad peccandũ niſi diuina gratia ſuo ſuccurrat ſuffragio in
effabili.& ꝙ dictus Franciſcus non peccauit licet conce
ptus fuerit in peccato:& ꝙ peccatum parentum filii por
tare non debent:nec eis nocere:credens iſuper ꝙ dictus
Fran.non erit paterne continentie imitator:ſed inquã
tum poterit bene viuere procurauit:vitia euitabit:&
virtutes amabit.vt hactenus fecit:de clementia ac miſe
ricordia omnipotentiſſime ſacratiſſime ac indiuidue tri
nitatis ac cęſarea auctoritate p̃fata plene confiſus & pe
titioni dictoꝝ Fran.& Sigiſ.benigne & gratioſe com
placuit.Et iuocato nomine dñi Ieſu Chriſti ad laudem
& honorem ſacroſancti Romani Imperii.Conſideratis
oĩbus circunſtantiis circa perſonam dicti Franci.& dili
genti deliberatione præmiſſa idem Petrus comes palati
nus imperiali auctoritate q̃ fungitur & oĩ meliori mo
do iure & forma qbus magis & melius potuit & poteſt
& eidem licuit & licet eundem Fran.natum ex dicto Si
giſ.& ex dicta Lena ſolutis tempore conceptionis & or
tus dicti Fran.& coram eo genu flexum & deuote petẽ
tem & ſupplicantem volentem & confitentem:& ibidẽ
ſe naturalem & ex damnato & illicito coitu natum con
fitentem legitimauit & legitimum fecit:& eſſe cõceſſit:
voluit & decreuit:ſtatuit & ordinauit:& iuri naturali
primeuo:& ad oĩa iura legitima & naturalibus antiquis
reſtituit:quo & quibus omnes hoĩes erant equales & le
gitimi coitus.nec coitus erant diſtincti.Ipſumqꝫ Fran.
habilitauit:& oẽm ab eo abſtulit maculam genitare &
legitimũ & de legitimo matrimonio natum ab initio ha
bilitauit:& tanq̃ ex legitimo thoro ex legitimis nuptiis
procreatũ ad omnes actus publicos & ciuiles & ad om
nes dignitates:officia & beneficia tam eccleſiaſtica quaꝫ
ſecularia & tam publica q̃ priuata admitti voluit & mã
dauit:& in cunctis aliis ſuam voluit proſequi actionẽ:



obiectu illegitime prolis in poſterum pœnitus quieſcẽ
te:& ita p̃cipue ꝙ ſuccedat & ſuccedere poſſit iure ple
niſſimo in bonis paterne:& dicto ſuo patri propriis &
feudabilibus acquiſitis & acquirendis ex teſtamento &
ab inteſtato:& quocunqꝫ alio modo ſucceſſiue vel iure:
agnatis:& cognatis parentum ſuoꝝ in quouis gradu cõ
ſtructis:& aliis quibuſcunqꝫ penitus prohibitis & exclu
ſis.Et quod agnat⁹ & cognatus efficiat̃ riciproce:ipſiqꝫ
ſibi.Et inſuper quod ſuccedat & ſuccedere poſſit:& ad
mittatur ad ſucceſſionem & hereditatẽ & oĩum quorũ
cunqꝫ alioꝝ ſuperiorum & inferioꝝ ſuorum aſcendenti
um:& deſcendentium tranſuerſalium fratrum conſobri
noꝝ & omnium cõſanguineorum agnatorum & cogna
torum attinentium & propinquorum ſuoꝝ ex teſtamẽ
to & ab inteſtato:& qualibet alia vltima voluntate rõ
ne & iure:& omnia alia ſibi pertinentia & ſpectãtia ex
quacunqꝫ ſucceſſione & hereditate ex teſtamento vel ab
ĩteſtato petere habere exigere & recipere poſſit et a quo
libet vẽdicare in iudicio et extra.Ipſamqꝫ tenere et poſ
ſidere tanq̃ legitimus et legitimatus et poſſit et valeat
honores iura et iuriſdictiões ſui pr̃is aui proaui attaui
collateralium conſanguineorum attinentium.propin
quoꝝ et aliorum anteceſſorum ſuoꝝ totaliter acceptare
et recipere.et ea petere exigere vẽdicare et acquirere ple
no iure:procreatione natiuitate naturalitate et cõditio
ne:et ipſius Franciſci in prædictis et circa p̃dicta ſibi in
non obſtante et præiudicium faciente.Non obſtãtibus
in prædictis vel aliquo prędictoꝝ:quod ſi ſcriptum eſt
in aliqua lege:illa potiſſime quæ legitimati ſpurios et
naturales natos et inceſtuoſos:et mãſeres ſeu adulterios
niſi ex certa ſcientia non p̃mittit ac a literis quibuſcũqꝫ
legibus:iuribus conſtitutionibus vel ſtatutis:ſeu cõſue
tudinibus aduerſantibus ſupradictis vel alicui præmiſ
ſorum.Et ſpecialiter non obeſt lex prima.C.de naturali

bus liberis & auctentica. Quibus modis naturales effi-
ciantur sui. ¶. penultimo collatione septima & in cor-
pore autenticorum quibus modis naturales efficiantur
sui & per totum & in aucten-ica eodem titulo. ¶. siqs
autē alias. ¶. si quis ergo. Quibus oibus iuribus legibus
cōstitutionibus consuetudinibus: & aliis oib⁹ ɔtrariis
seu adversantibus supradictis: vel alicui prædictorꝶ ex
certa sciētia dictus Petr⁹ comes p̄fatus derogauit exp̄s-
se. & eas & ea haberi voluit pro expræssis & de verbo
ad verbum narratis & repetitis: & ac si de eis in præsen
ti priuilegio & instrumento facta foret mentio. Demum
dictus Petrus comes dictum Franciscū præsentem & re
cipiētem: alapha præmissa in signum perpetue recorda-
tionis aureo anulo publice: ac etiā liberaliter inuestiuit
de omnibus supradictis. Qui dictus Frāciscus ad dicti
Petri Comitis palatini delationē iurauit ad sancta dei
euangelia scripturis corporaliter manu tactis dicto Pe-
tro comiti prædicto suo nomine proprio & vice dicti
Romani imperii recipienti in aīam & super animā sua
fidelitatis debite p̄stiterit sacramentū. Et ꝙ ipse vel sui
filii non erunt vno opere vel tractatu per ꝙ dicto Ro-
mano principi & comiti prædictis & eius & eorum suc
cessoribus vel alicui eorꝶ aliquid præiudicium generet
in persona statu honoribus: vel bonis: sed siquid senserit
quanto citius poterit reuelauit: qui quidē Petrus comes
prędictus imperiali auctoritate decreuit sub p̄senti: vt
nulli hominum liceat contra hanc imperialem seu confes
sionis paginam attentare vel ei ausu temerario cōtraire.
Alioquin non solum imperialis indignationis aculeos:
verum ēt centū marcharum auri penam se nouerit incur
sorum quarum mediatas fisco imperiali: reliqua medie-
tas dicto Petro comiti & suis successoribus veniat a pe
licanda: in quorum omnium euidentiam et testimoniū
manifestum atq; memoriam sempiternam præfatus Pe-



trus comes mandauit per me. L. notariū infrascriptum
hoc præsens publicum de prædictis confici documētū
instrumentum suiq; soluti sigilli inferius appēsi cū cor-
dula serici in materia cere minime roborari.

¶ Liberatio sclaue: alias manumissio.

¶ Publice omnibus pateat: qualiter nobilis vir Rober-
tus olim Frācisci de petruzis & de populo sancti Remi
gii de Florentia gratis gratia & amore & intuitu pieta
tis & misericordie & amore dei: & ꝓ remedio anime sue
& omni meliori mō via iure & forma qbus magis & me
lius potuit per se & suos heredes manumisit & liberauit
Martham filiā Balda laude partibus rossie sclauā dicti
Roberti etatis annorum. xxv. vel circa mediocris statu
re & pili oliuigni. Et eidem Marte nate in dictis parti-
bus rosie olim sclaue dicti Roberti & ipsius Marthe de
scēdētibus qbuscūq; dedit & tradidit libertatē purā &
merā. Quā Marthā ibidem p̄sentē & ꝓ se & suis descēdē
tibus recipiētē & stipulātē ab eius potestate & dn̄io &
ab oī cōditione & grauaminis īpositione tūc & in futu
rū & a iure patronatus liberauit & absoluit. Ac ēt resti-
tuit & remisit dicte Marthe & ei⁹ descendētib⁹ oē ei⁹ &
eorꝶ peculiū a rōne dn̄i separatū: ipsamq; Marthā & ei⁹
descēdētes liberā & francā eē voluit: cū oib⁹ suis pannis
vestimētis & calciamētis & pannis laneis & lineis ꝓ suo
vsu deputatis restituēs eā dictosq; suos descēdētes anti
qs natalibus & iuri ingenuitatis ac pristine libertati: ita
ꝙ sine aliquo obstaculo seruitutis et dn̄i ipsius manumis
sionis dicta Martha & eius descēdentes emere vendere
donare & cōtrahere atq; pacisci in iudicio stare testimo
nium ferre testamentū condere atq; codicilla & oīa &
singula alia facere ac liberaliter exercere possit vt quili-
bet ingenuus Romanus ciuis liber homo paterfami-
lias & sui iuris facere potest & ac si ab ingenuis paren
tibus nata & nati essent. Quam libertatem & omnia &

ſingula ſupraſcripta dedit & fecit dictus Robertus pręſente dicta Martha & humiliter & deuote liberari & manumitti petēte & recipiēte ꝓ ſe & ſuis deſcendētib⁹ Si vero fieret cum aliqua reſeruatione temporis: ita dicas. Cum hoc pacto tñ ſaluo & reſeruo: ꝙ dicta Martha teneatur & obligata ſit toto tpe vite ipſius Roberti manumiſſoris tantum & non vltra: vel per quinquennium proxime futuꝝ ſeruire & famulari eidem Roberto in domo ſua pro famula ſine aliquo ſalario vel mercede niſi ſolum & duntaxat pro alimentis & victu & veſtitu & habendo ab ipſo Roberto victum & veſtitum tantum prout requiritur & decet in ſimilibus. Si vero manumitterẽ pro pręcio ſoluto: ita dices: obmiſſis illis verbis in principio: gratis &c. & hanc liberationem & manumiſſionē ideo fecit dictus Robertus: quia Ferdinādus dñi Franciſci de puccetis ciuis Florentinus in p̄ſentia mei. L. notarii infraſcripti et teſtium ſupraſcriptoꝝ dedit ſoluit et numerauit in pecunia numerata eidem Roberto ibidem p̄ſenti et ad ſe trahenti et ſic et tātum eſſe confitenti florenos q̄draginta auri largos pro liberando et redimēdo dictam Marthā: de q̄bus dictus robertus vocauit ſe bene pagatum tacitum et contentū exceptioni non numerate pecunie omnino renuncians. Quam liberationem et manumiſſionem et omnia et ſingula ſupraſcripta etc. Sequere vſq; ad finem clauſulas generales vt in aliis inſtrumentis.

¶ Emancipatio.

¶ Philippus filius Zenobii Petri de Vannellis cōſtitutus in p̄ſentia dicti zenobii eius p̄ris et mei. L. iudicis ordinarii et notarii publici, infraſcripti deſcripti et matriculati in arte et matricula artis iudicū et notarioꝝ ciuitatis Florentiæ habentis et qui habeo authoritatem interponi. Decretum in emancipationibus et alia faciendi q̄ et de q̄bus mihi imperiali indulto priuilegio et ſtatuto





cōis Florentiæ latius cōtinet: petiit dictus Philippus a dicto zenobio eius patre ſuma cū reuerētia ſe emācipari & a ſua manu & ſacris ſue patrie p̄tātis nexibus liberari eximi & abſolui. Quāobrē dictus zenobius patre eiuſdē Philippi petitiōi fauēs tanq̄ iuſte ipſum philippū ibidē p̄ſentem & vt ſupra petentē emancipauit: & a ſua manu & ſacris ſue patrie p̄tātis nexibus penitus liberauit & exemit & abſoluit: ita ꝙ ad modo dictus Philippus poſſit & valeat teſtari iudicio intereſſe: vēdere: contrahere: & paciſci: & ſe & ſua obligare & oīa & ſingula alia facere q̄ quilibet ciuis Romanus liber hō pater familias & ſui iuris facere pōt & exercere. Et in præmiū emācipatione p̄dicte dedit tradidit ceſſit & conceſſit: atq; remiſit eidē Philippo filio ſuo emācipato p̄dicto p̄ſenti & ꝓ ſe & ſuis heredibus & ſucceſſoribus recipienti & ſtipulanti oē eius peculiū aduentitiū & ꝓfectitiū caſtrenſe vel quaſi p eū qūolibet quæſitū vel querendū: ſi vero eidem daret etiam bona immobilia: & apponas & ſubdas vt ſupra in donatione bonorum: vſq; ad clauſulas generales: & in fine dicas. Quibus omnibus & ſingulis ſic peractis ego. L. iudex ordinarius notariuſq; publicus antedictus & infraſcriptus meā & Romani imperii cōis Florentiæ quibus fungor authoritatē interpoſuit pariter & decretum. Rogātes me. L. notariū antedictū & infraſcriptum quatenus de p̄dictis conficerem inſtrumentum & inſtra vnum vel plura.

¶ Adoptio.

¶ Publice omnibus pateat euidenter: qualiter Benedictus olim Petri Franciſci Symonis de Alamanneſchis de Florentia: & Hieronymus Laurentii de Tolomeis: & Carolus filius dicti Hieronymi: cum conſenſu verbo licentia & voluntate dicti Hieronymi eius patris ibidem præſentis eidem Carolo in omnibus & ſingulis infraſcriptis cōſentientis & licētiam parabolā & conſen

ſum dantis te præſtantis & quilibet eorum conſtituti p ſonaliter in iudicio & coram domino Carolo de Caracciolis de Neapoli milite ac comite necnõ digniſſimo poteſtate ciuitatis Florentiæ pro tribunali ſedẽte ad eius ſolitum iuris banchum pro iure reddendo: vt moris eſt. Qui quidem Benedictus volens legitimo adoptionis actu ad ſolatium eorum qui filios non habent inuento: dictum Carolum filium dicti Hieronymi ſibi in filiũ legitimũ dari titulo adoptionis idem Hieronymum ipm Carolum ibidem pſentem volentem & cõſentientem in pſentia dicti domini Caroli poteſtatis pfati in adoptionem libere cõtulit atq; dedit ipſi Benedicto pręſenti petenti & acceptanti: ipſum Carolũ eiuſdem Benedicti filiationi ſubmittens. Patrie tñ poteſtantia et oĩ iure naturali ſibi & in ſe ad integrũ reſeruato. Quib⁹ oĩbus ſi peractis dictus Carolus ſuam & cõis Florentię quibus fungitur authoritatẽ ĩterpoſuit pariter & decretũ mandãs dictus dñs Carolus: & dicte partes. Rogãtes quatenus de pdictis publicũ conficerem inſtrm. vnum vel plura.

Arrogatio.

Publice omnibus pateat euidenter qualiter q cũ de imperialis plenitudine poteſtatis in nobilem & magnificum virum Nicolaum Andree de iuniis de Florẽtia dei gratia in Tuſcia comitem palatinum: priuilegium creandorum tabellionum legitimandi ſpurios & baſtardos: manſeres & inceſtuoſos: ac ẽt interponendi decretum & authoritatem imperialem in arrogãtibus iuriſdictio ſit conceſſa: & multa alia faciendi quæ in ſuis reſcriptis & priuilegiis digne ac ſacro Romano imperio & sereniſſimo principe & domino domino Carolo quarto diuina fauente clementia Romanorum imperatore & ſemper Auguſto. ac Boemie rege conceſſis: de quibus latius & plenius in priuilegio & reſcripto dicti sereniſſimi principis ipſius regali bulla pmunito dicto Nicolao & eius



heredibus & ſucceſſoribus conceſſo de anno: ponas tempus & me. L. notarium infracriptum viſo & lecto ſerioſus continetur. Si vis vti eodem prohemio quo in legitimatione & inſerere priuilegium potes. Hinc eſt q Antonius olim Alamani de Lauris de Florentia ætatis annorum ſexaginta vel circa conſtitutus perſonaliter in præſentia dicti magnifici viri domini Nicolai de iuniis comitis palatini præfati in hac parte gerentis vices imperatore maieſtatis pro tribunali ad cautelam ſedentis in ſuprbſcripto loco quem pro idoneo & decenti elegit & deputauit et certa ſcientia & non per errorem aliquẽ & omni meliori modo via iure cauſa & forma quibus magis & melius potuit & elicuit & licet Ioannem filiũ quondam Conradi Annibalis de vichetis ciuem Florentinum ætatis annorum. xx. vel circa in filium ſibi legitime arrogauit: & cum omnibus ſuis poſſeſſionibus bonis rebus mobilibus & immobilibus & ſeu mouentibus iuribus nominibus & actionibus in ſua filiatione familia & poteſtate paterno ſuſcepit & affectu & vtroq; tamen primo & ante omnina diligenter interrogate tã per dictum Comitem palatinum q per me. L. notarium infraſcriptum: vtrum hoc fieri vellet mutuo conſenſu ſibi placere protinus libere reſpondentem: quibus omnibus ſic peractis ibidem dominus Nicolaus comes palatinus antedictus ſuam & ſacroſancti Romani imperii quibus fungitur authoritatem interpoſuit pariter & decretũ: in quorum oĩum teſtimonium &c. Subdas vt ſupra in legitimatione & creatione tabellionum.

Tutor attilianus.

Publice oĩbus pateat & qliter Ioannes & Paulus fratres & filii quõdã Dñici de Cicciaporcis ↄſtituti ĩ pſentia mei. L. iudicis ordinarii & notarii ĩfraſcripti & deſcripti et mſiculati ĩ arte et mſicula artis iudicũ et notariũ ciuitatis Flo. necnõ hñtis auctoritatẽ a ſacroſan. to.

imperio prædicta & infraſcripta faciendi pro tribunali
ad cautelã ſedentis in ſupraſcripto loco: & ſub q̃dã ban/
ca ſita in principiali ſala dicte domus: quem locum ego.
L. iudex ordinarius ſupraſcriptus primo & ante oĩa ꝓ
idoneo habili congruo & decenti ad prædicta & infra
ſcripta elegi & deputaui: dixerunt: expoſuerunt & nar/
rauerunt: ꝙ de p̃ſenti anno dñi. M.ccc.lxxx. & de men/
ſe Auguſti ꝓxime p̃teriti Leonardus olim Dñicis de Ci
ciaporcis frater carnalis dictoꝝ Io. & Pa. ſuum cõdidit
teſtm̃ nũcupatiuũ ſine ſcriptis publice ſcriptũ rogatum
& publicatũ manu dñi Ioannis Bartolomei ciuis & no/
tarii florentini: in quo q̃dem teſtõ inter alia q̃ diſpoſuit
dictus Leonardus teſtator iure inſtõnis reliq̃t duabus fi
liis dicti teſtatoris certas pecunie q̃titates ꝓ ipſis dotan
dis: in oĩbus aũt ſuis bonis ſuos heredes vniuerſales inſti
tuit: fecit & eſſe voluit Michaelem & Iulianũ eius filios
legitimos & naturales minores & quẽlibet eorum æq̃s
portionibus: & eos adinuicẽ ſubſtituit vulgariter pu/
pillariter & per fideicõmiſſum. Tutores aũt & pro tem/
pore curatores dictoꝝ eius filiorum inſtituit fecit & eſſe
voluit dictos Io. & Pau. ambos in cõcordia & ſuperue
nientẽ ex eis dictoſq; Ioan. et Pau. tutores & curatores
p̃factos liberauit & relaxauit ab oĩ onere cõfectionis in
uentarii & ꝙ non teneant̃ aliquod conficere inuentariũ:
nec aliquam ſolutionẽ præſtare: & ꝙ nõ teneant̃ aliquo
tp̃e de geſtis vel adminiſtratis per eoꝝ vel aliquem eoꝝ
aliquã reddere rõnem vel calculũ: prout in inſtr̃o dicti
teſtamenti latius contineri dixerũt: ad quod relatio ha
beatur: & ſic narres teſtamentum ſuccincte. Et ꝙ poſtea
de dictis anno & mẽſe dictus Leonardus teſtator mor/
tuus eſt & deceſſit: nullo alio per eum condito teſtamen
to vel alia vltima volũtate ꝙ ſciat̃ relictis ex eo & poſt
eum & adhuc hodie ſuperuiuẽtibus dictis Michaele &
Iuliano eius filio, legitimis & naturalibus minoribus



& in pupillari ætate conſtitutis. Et qui Michael eſt
minor annoꝝ duodecim: & maior annoꝝ ſeptẽ: & qui
Iulianus eſt infans & minor annoꝝ q̃ttuor: & ꝙ heredi/
tas dicti quondã Leonardi iacuit: & adhuc hodie iacet
& per neminem fuit adita ipſis Michaele et Iuliano here
dibus in teſtamento p̃dicto relictis exiſtẽtibus in pupil
lari & minori ætate: vt ſupra: & ꝙ dicte tutele teſtamen
tarie non fuit nec eſt locus niſi primo ex teſtamento p̃di
cto adeatur hereditas olim Leonardi teſtatoris: ꝓut iu
ra volunt: & ꝙ hereditas ex teſtamẽto p̃dicto adiri non
poteſt: niſi primo dictis Michaeli & Iuliano pupillis p̃/
fatis de tutore Attiliano legitime ꝓuideat̃. Qui tutor
Attilianus tutorio noĩe p̃dicto ꝓ dictis pupillis adeat
hereditatem dicti quondam Leonardi. Quare ſupradi/
cti Ioannes & Paulus in dicto teſtamento tutores reli/
cti petierunt a me. L. iudice ordinario ſupradicto & in
fraſcripto dictis Michaeli & Iuliano pupillis dari & cõ
ſtitui decerni & aſſignari in tutorem: & pro tutore Atti
liano Clementem Franciſci de Cedernis virum probũ:
legalem & diligentem: bone opinionis vitæ & famæ: q̃
bene & diligẽter gerat: faciat gubernet et adminiſtret fa
cta & negocia dictoꝝ pupillorum: & pro eiſdem & eo/
rum noĩbus adeat hereditatẽ Michaeli et Iuliano pupil
lis delatã ex teſtamẽto p̃dicto fideq; Clemẽti committi
geſtũ & adminiſtrationẽ & regimẽ pſone dictoꝝ Micha
elis & Iuliani pupilloꝝ eorũdẽ bonoꝝ reꝝ & iuriũ: cum
dictus Clemens paratus ſit & paratũ ſe offerat promit/
tere & iurare & ſatiſdare & inuentariũ conficere: & oĩa
& ſingula alia facere q̃ & ad q̃ de iure teneatur & debet.
Quoꝝ quidem petitioni fauens tanquam iſte. L. iudex
ordinarius notariuſq; publicus antedictus & infraſcri/
ptus ꝓ tribunali vt ſupra ſedens in loco ſupraſcripto: oĩ
meliori mõ via iure & forma q̃bus magis & melius po/
tuit & mihi licuit & licet dictũ Clementẽ ibidem p̃ſen

tem petētēvolētē & acceptantē dedi decreui ꝯſtitui ꝯfir
maui in tutorē & ꝑ tutore Attiliano dictoꝶ Michaelis
& Iuliani pupilloꝶ ſupra noīatoꝶ:eidēq̃ Clementi tu
tori Attiliano ꝑfato cōmiſſi geſtū:adminiſtrationē gu/
bernationē & regimē pſonaꝶ bonoꝶ reꝶ & iuriū dicto
rū Michaelis & Iulia. pupilloꝶ & cuiuſlibet eoꝶ:dūmo
do dictus Clemēs tutor pdictus ꝓmittat iuret caueat
ſatiſdet & inuētariū ꝯficiat & oīa & ſingula alia dicta
& faciat q̄ dicere & facere tenet̄ & debet de iure & for/
mā ſtatatoꝶ ordinamētoꝶ cōis Florentiæ & circa tute
lam pdictā.Qui Clemēs tutor ſupraſcriptus cōſtitutus
corā me.L.iudice ordinario & notario aādicto īfraſcri
pto & teſtibus ſupraſcriptis ꝓmiſit & ſolēni ſtipulatio
ne ꝯuenit mihi.L.notario aādicto & īfraſcripto vt pu/
blice pſone recipiēti & ſtipulāti vice & noīe ſupradicto
rum Michaelis & Iuliani pupilloꝶ:& cuilibet eoꝶ:& ꝑ
& vice & noīe oīum & ſinguloꝶ quorū itereſt itererit:
aut itereſſe poterit qūolibet in futurum. Et iurauit ad
ſancta dei Euāgelia ſcripturis corporaliter manu tactis
ad delationē mei Leonardi notarii īfraſcripti vtilia di
ctis & ꝑ dictis pupillis facere: & inutilia ꝑtermittere:
& rem dictorū pupillorū & cuiuſlibet eorū ſaluā fore:
ipſorūq̃ pupillorū & cuiuſlibet eorū pſonam & pſonas
res bona & iura bona fide cuſtodire & ſaluare.Saluo eo
quod ſemp valeant vti veritate:ipſoſq̃ pupillos in iudi
cio & extra defendere:& eorū defenſiōi ſine vlla dilatio
ne aſiſtere & adeſſe:ac ſe offerre ipſoſq̃ pupillos aut ali
quem eorū indefenſum nō relinquere:& inuentariū con
ficere de bonis rebus & in rebus eorūdem & de geſtis &
adminiſtratis & ſeu gerēdis & adminiſtrandis ꝑ eū de/
bito tēpore reddere rōnem.Et reliqua & qcqd reliquo/
rum noīe continetur:eiſdem reddere reficere & ad inte
grum conſignare & oīa & ſingula alia facere quæ & ad
quę de iure tenet̄ & debet,Sub hypotheca & obligatio
ne dicti Clemētis tutoris Attiliani prędicti ſui ſuorūq̃
heredum & bonorū oīum & ſingulorū præſentium &
futurorū ꝑ obſeruantia oīum prædictorū Renuncians
in prædictis oībus & ſingulis exceptioni nō ſic facti:&
celebrati ꝯtractus:ꝓmiſſionis & obligatiōis rei non ſic
geſte:doli:mali:uis metus:fraudis in factum actioni in/
debiti ſine cauſa & ex iniuſta cauſa fori priuilegio & om
ni alii iuris legū canonū & ſtatutorū auxilio priuilegio
& fauori & legi dicēti generalē renūciationem nō vale
re niſi pceſſerit ſpecialis.Pro quo quidē Clemente tuto
re Attiliano pdicto & eius præcibus & mādatis in di/
cta tutela & in oībus & ſingulis ſupraſcriptis.Petro olī
Leonardi de Bonuiſis de Florentia ex certa ſcientia &
non per errorem fideiuſſit & fideiuſſor extitit pœnes
me.L.iudicē ordinariū & notariū antedictū & infraſcri
ptum vt publicam perſonam recipiētem & ſtipulantem
pro dictis pupillis & pro omnibus & ſingulis quorum
intereſſe intererit aut intereſſe poterit quomodolibet
in futurum.Qui Petrus fideiuſſor præcibus & manda/
ris dicti Clementis ſe pricipaliter & inſolidum obligan
do promiſit & ſolemni ſtipulatione conuenit mihi.L.
notario & iudici ordinario ante dicto & infraſcripto :
vt ſupra recipienti & ſtipulanti ſe facturum & curatu/
rum ita & taliter omni iuris & facti exceptione remota
q̄ dictus Clemens tutor Attilianus præfatus prædi/
cta omnia & ſingula ſupraſcripta vt ſupra per eum pro/
miſſa attendet faciet:& obſeruabit:alias de ſuo proprio
ipſe Petrus attendere facere & obſeruare promiſit: & di
ctos.M.Iuli. pupillos & quemlibet eorum conſeruabit
indemnes & pœnitus ſine damno:obligans prædictus
Petrus pro prædictis omnibus & ſingulis ſupraſcriptis
firmiter obſeruandis & adimplendis & firmis tenendis
ſeipſum & eius heredes & bona omnia præſentia & fu/
tura,Renuncians dictus Petrus in prædictis omnibus

& ſingulis exceptioni nō ſic facti & celebrati cōtractus & nō ſi facte ꝓmiſſionis & obligatiōis rei nō ſic geſte: doli mali vis mœtus fraudis cōditioni indebiti ſine cā & ex iniuſta cauſa in factū actioni: fori priuilegio: noue & nouaꝝ cōſtitutionū de fideiuſſoribus: & epiſtole Diui Adriani de pluribus rei debendis: oīq; alii iuris legū canonū & ſtatutoꝝ priuilegio auxilio & fauori & iuri & legi dicenti generalē renunciationē nō valere & ſeu nō ſufficere niſi pceſſerit ſpecialis. Quibus clemēti & Petro pſentibus audiētibus & itelligētibus & pdicta oīa ſic volētibus pcepi ego. L. iudex ordinarius notariuſq; antedictus & iſraſcriptus: quatenus pdicta oīa & ſingula & vt ſupra p eos ꝓxima attendant faciēt & obſeruēt in oibus & p oīa iuxta pſentis publici inſtrī vim formā tenorē ſeriē & effectū. Quibus oibus & ſingulis ſic peractis & ſolēniter celebratis. ego. L. iudex ordinarius notariuſq; antedictus & infraſcriptus ꝓ tribunali ſedens vt ſupra meā & cōis Florētiæ qbus fungor auctoritatē iterpoſui pariter & decretum. Rogans & cætera.

## Inuentarium tutoris attiliani.

Itē poſtea ibidem ꝯtinēti dictis anno &c. Et me. L. iudice ordinario & notario. iſraſcripto ſedente vt ſupra in loco ſupraſcripto: quem vt ſupra p decenti idoneo & congruo elegi ꝓ deputaui. Clemēs Franciſci de Cedernis tutor Attilianus pdictus ꝯſtitutus vt ſupra ante pſentiā mei. L. iudicis ordinarii & notarii antedicti & infraſcripti ſciens ſe teneri ad inuentarii ꝯfectionem de bonis rebus & iuribus dictoꝝ Michaelis & Iuliani pupillorum pdictum: pſens inuentarium mox poſtq̄ conſtitutus datus & ꝯfirmatus fuit pmiſſo venerabili ſigno crucis: in hunc modū facere ꝓcurauit & fecit in primis qdē dixit aſſeruit & ꝯfeſſus fuit: ſe inueniſſe & iuenire in bonis iuribus dictoꝝ. M. & Iuliani pupilloꝝ ius & facultatē adeundi agnoſcēdi & ſeu ſe imiſcendi ꝓ dictis. M. & Iul. pupillus hereditatē & in hereditate dicti quondam Leonardi olim patris dictoꝝ. M. & Iul. eiſdē exteſtamēto dicti Leonardi eoꝝ patris delatam cuilibet eorum ꝓ dimidia: pteſtans dictus Clemēs tutor Attilianꝰ præfatus: q̄ non ſcit alia bona vel iura dictoꝝ ſuoꝝ pupilloꝝ: & ſi qua alia inueniet: huic iuentario q̄ citius poterit addet: vel aliud de nouo ꝯficiet. Quibus oibus ſic pactis ego. L. iudex ordinariꝰ notariuſq; antedictus & iſraſcriptus meā & cōis Florētiæ qbus fungor auctoritatem iterpoſui pariter & decretū. Et eidem Clementi tutori Attiliano prefato cōmiſſi geſtū adminiſtrationē gubernationē & regimen pſonarum bonoꝝ rerum & iurium victoꝝ. M. & Iul. pupillorum. Rogans &c.

## Aditio hereditatis per tutorem.

Item poſtea ibidem incontinenti dictis anno &c. & me. L. &c. ſupra. ſupradictus Clemēs Franciſci decedernis tutor Attilianus pfatus & tutorio nomine dictorū Michaelis & Iuliani pupilloꝝ ſupra noīatoꝝ & olim filiorum dicti Leonardi Dñici de ciccia porcis: & ipſis Michael & Iuliano pupillis prædictis: ſciens & recognoſcens dictum olim Leonardum mortuum eſſe & deceſſiſſe iam ſunt duo mēſes proxime elapſi vel circa ſuo prius per eum condito teſtamento & vltima voluntate. In quo inter cætera dictos. M. & Iul. eius filios heredes inſtituit æquis portionibus. & nullis aliis relictis filiis maſculis vel aliis aſcendentibus habentibus & qui habeant dicto Leonardo ſuccedere vel cum dictis. M. Iul. in aliqua parte concurrere in hereditate dicti olim Leonardi eorum patris. Et ſciens & cognoſcens dictam hereditatem dicti olim Leonardi dictis & ad dictos &. M. Iul. pupillis & cuilibet eorum fuiſſe & eſſe pro dimidia ab inteſtato delatam. Et ſciens & cognoſcens dictam hereditatem dicti quondam Leonardi eiſdem pupillis potius fore vtilem & lucroſam q̄ vtilem et damnoſam omni

melliori modo via iure & forma quibus magis & melius
potuit: dictam hereditatem eiſdem. M. & Iul. pupillis
ſupraſcriptis & cuilibet eorum pro dimidia delata pro
dictis. M. & Iul. pupillis audiuit & apꝑhendit & ſeu in
ea ſe īmiſcuit. Aſſerens ſe dicto nomine velle cõmoda &
ĩcõmoda dicte hereditatis ſupportare & ſuſtinere. Qui
bus oībus ſic peractis &c. vt ſupra. Rogans &c.

¶ Tutela teſtamentaria.

¶ Item poſtea dictis anno &c. vt ſupra Supradicti Io
annes & Paulus fratres & filii quondã Dominici de Cie
ciaporcis conſtituti in ꝑſentia mei. L. iudicis ordinarii
& notarii antedicti & infraſcripti & matriculati in ar
te matricula artis iudicum & notariorũ Florentiæ ha
bentis vt ſupra auctoritatem īfraſcripta oīa faciendi &
decretũ & auctoritatem interponendi infraſcriptis om
nibus & ſingulis: reuerenter expoſuerunt & dixerũt q̄d
de præſenti anno domini. M.cccc.lxx. & de menſe Au
guſti proxime præteriti. Leonardus olim Dñici de Cie
ciaporcis frater carnalis dictorum Ioanni et Pauli ſuum
condidit teſtamentũ et vltimam volũtatem publice ſcri
ptum rogatum et publicatum manu dñi Ioannis Gaſpa
ris de Mattheis ciuis et notarii publici florẽtini: in quo
quidem teſtamento inter: alia quæ depoſuit dictus Leo
nardus teſtator iure inſtitutionis reliquit Lucie et Ma
rie eius filiabus certas quãtitates pecuniarum pro ipſis
dotandis. Et in omnibꝰ ſuis bonis ſuos heredes vniuer
ſales inſtituit fecit et eſſe voluit. M. et Iul. eius filios legi
timos et naturales minores: et quẽlibet eoꝝ æqꝫ portio
nibus: et eos adinuicem ſuſtituit vulgariter pupillariter
et ꝑ fideicõmiſſum. Tutores aũt et pro tꝑe curatores di
ctorũ eis filiorum reliquit inſtituit fecit et eſſe voluit di
ctos Ioannẽ et Paulũ ambos in cõcordia et ſup viuentẽ
ex eis: dictoſqꝫ Ioannẽ et Paulũ et quẽlibet eoꝝ tutores
ꝑfatos liberauit et relaxauit ab oī onere ꝯfectionis inuẽ



tarii: et quod nõ teneãt aliq̄d ꝯficere inuẽtariũ nec aliq̄
ſatiſdationẽ ꝑſtare ꝙ nõ teneant aliquo tꝑe de geſtis et
adminiſtratis ꝑ eos vel aliquem eoꝝ aliquã reddere rõ
nem vel calculum ꝓut in inſtro dicti teſtamenti latius
ꝯtineri dixerunt ad quod relatio habeat. Et ſic narres te
ſtamentũ ſuccincte. Et quod poſtea et de dictis anno et
mẽſe dictus Leonardus teſtator morruus eſt et deceſſit
nullo alio cõdito teſtamento vel alia vltima voluntate.
relictis ex eo et poſt eum et ad huc hodie ſuperuiuẽtibꝰ
dictis Michaele et Iul. eius filiis legitimis et naturalibꝰ
natis ex eo et ex domina Margarita eiꝰ vxore legitima
minoribus, et in pupillari etate ꝯſtitutis: et qui Michae
li eſt minor annorum duodecim et maior annorũ ſeptẽ:
et qui Iulianus eſt infans et minor annorum quattuor.
Vel dicas ſi voles vti breuior ſtilo abſqꝫ gemina repeti
tione: Et reperierunt omnia et ſingula vt ſupra per eos
alias expoſita et narrata. Et ꝙ nuper ad eorum notitiã
deuenit ſe fuiſſe datos et relictos tutores et pro tempo
re curatores a dicto olim Leonardo in dicto ſuo teſta
mento dictorum. M. Iul. eius filiorum pupillorum præ
dictorum. et quod fuit vt ſupra dictis pupillis de tuto
re Attiliano prouiſum et ꝙ per dictum tutorem Atti
lianum fuit adita hereditas dicti olim Leonardi pro di
ctis pupillis et quod propterea fuit et eſt locus dicte tu
tele teſtamentarie. Quare petierunt et petunt dicti Io
annes et Paulus tutores et pro tempore curatores vt ſu
pra relicti: et quilibet eorum me. L. iudici ordinario et
notario iam dicto et infraſcripto: ſeipſos et quelibet eo
rum decerni et declarari et ad cautelam confirmari in tu
toribus et pro debito tempore curatoribus teſtamenta
riis dictorum. M. et Iulia. maiorum et pupillorum præ
dictorum: et eiſdem tutoribus, et pro debito tempo
re curatoribus per me. L. iudicem ordinarium et nota
rium antedictum, et infraſcriptum per decretum com

mitti geſtum adminiſtrationem gubernationē & regi/
men perſonaꝝ rerum bonoꝝ & iurium dictoꝝ Michae
lis & Iulia. pupilloꝝ & cuiuſlibet eoꝝ ſm formam, & te
norem dicti teſtamenti: offerentes ſe & quemlibet eorū
paratos iurare promittere cauere & ſatiſdare renūciare
& inuentarium ꝯficere: & oia & ſingula alia facere quæ
& ad quæ & prout de iure tenent̄ & debent. Quapro/
pter ego. L. iudex ordinarius notariuſq; antedictus &
infraſcriptus: viſa audita & intellecta dicta petitiōe &
oibus & ſingulis ſupraſcriptis: & eidem petitioni fauēs
tanq̄ iuſte primo tn̄ viſo & diligenter inſpecto dicto te
ſtamento & vltima voluntate dicti Leonardi & eius te
nore & vt vbi ſupra ad cautelam ꝓ tribunali ſedētes: di
ctos Ioannē & Paulū & quēlibet ipſoꝝ præſente & pe/
tentes oī meliori modo via iure & forma q̄bus magis &
melius potui dedi declaraui decreui ꝯſtitui & ad caute
lam confirmaui in tutores & ꝓ debito tēpore curatores
teſtamentarios dictoꝝ. M. & Iul. filioꝝ pupillorū dicti
olim Leonardi: & eiſdem tutoribus & ꝓ debito tēpore
curatorib⁹ cōmiſſi geſtum adminiſtrationē gubernatio
nem & regimen pſonaꝝ rerum & bonoꝝ dictorum. M.
& Iul. pupilloꝝ prædictoꝝ cuiuſlibet eorum ſecundum
formam dicti teſtamenti. dūmodo dicti tutores & quili
bet eoꝝ ꝓmittant iurent caueant ſatiſdent renūcient &
inuentariū conficiant: & oia et ſingula alia faciant quæ
et ad quæ et prout de iure tenentur et debent et obliga
ti ſunt. Qui Ioan. et Pau. tutores et ꝓ tempore curato/
res ſupraſcripti vt ſupra decreti et cōfirmati et quilibet
eorum promiſerunt et ſolemni ſtipulatione conuenerunt
mihi. L. iudice ordinario et notario infraſcripto vt pu/
blice perſone præſenti recipienti et ſtipulanti ꝓ dictis
M. et Iul. pupillis et pro et vice et noīe oīum et ſingu/
lorum quoꝝ intereſt intererit aut intereſſe poterit quo
modolibet in futurū. Ac etiam iurauerunt ad ſancta dei



Euangelia: ſcripturis corporaliter manu tactis ad dela/
tionem mei. L. iudicis ordinarii et notarii antedicti et ī
fraſcripti dictam tutelam et pro dicto tp̄e curam et eius
officium bene et diligenter fideliter et ſollicite et bona
fide gerere. et adminiſtrare et oia et ſingula vtilia dictis
pupillis facere et inutilia prætermittere et bona fide et
ſine fraude rem dictoꝝ pupilloꝝ et cuiuſlibet eorum ſal
uam fore. Ac etiam perſonas res bona et iura dictorū pu
pillorum et cuiuſlibet eoꝝ diligenter et bona fide ſalua
re et cuſtodire et ipſoꝝ defenſionem ſine vlla datione ſu
ſcipere et ſubire quotiens et quandocunq; ipſis pupillis
expedire: et ipſos nec aliquem eorum indefenſos nō re-
linquere et de bonis rebus et iuribus dictorum pupillo/
rum inuentarium conficere et adminiſtrationis eorū et
cuiuſlibet eorum debito tempore reddere rationem cuꝫ
integra reliquoꝝ reſtitutione et quæ reliquorum nomi
ne continetur ſecundū formā iuris: et oia et ſingula alia
facere erga perſonas res et bona dictorum pupillorum
quæ et ad quæ et prout de iure tenentur et debent ſal/
uo eo ꝙ ſemper valeant vti veritate: ſub pœna dupli ex
timationis rei obmiſſe vel neglecte vnde lis vel queſtio
oriretur et inſuper florenorum auri centum de ſigillo in
ſingulis et pro ſingulis capitulis pactis membris ſiue ar
ticulis huius præſentis cōtractus in ſolidum ſolemni ſti
pulatione promiſſe et ſub refectione damnorum ac ex-
penſarum intereſſe litis et extra. Quæ pœna totiens co
mittatur et peti et exigi poſſit et ualeat cū effectu quo
tiens cōtra prædicta vel eoꝝ aliquod factum fuerit ſiue
ventum vel vt dictum eſt cum effectu nō fuerit obſerua
tum. Qua pœna cōmiſſa vel nō ſoluta vel nō ſeu etiam
gratis remiſſa prædicta et īfraſcripta oia et ſingula nihi
minus ꝑpetuo firma et rata maneant et ꝑdurēt. Sub hy
potheca et obligatiōe īſolidū ſui ſuoꝝ et cuiuſlibet eoꝝ
īſolidū heredū et bonoꝝ oīum ſinguloꝝ ꝑſentiū et futu

rorum Renunciantes &c. Quibus oibus authoritatem &c. Quibus per guarantigiā &c. Rogātes &c. Pro quibus qdem Io. & Pau. tutoribus & pro debito tpe arcu toribus teſtamētariis prædictis & eoꝝ & cuiuſlibet eorum ꝓcibus & mandatis in dicta tutela & oibus & ſingulis ſupraſcriptis arcangelus olim Philippi de Alſonſinis de Florentia ſciens ſe ad prædicta non teneri ſed volēs teneri & efficaciter obligari: & ex certa ſcientia & nō per errorem: & oi meliori mō via iure & forma qbus magis & melius potuit fideiuſſit & fideiuſſor extitit pœnes me. L. iudicē ordinariū & notariū antedictū & infraſcriptū vt ſupra infra recipientē & ſtipulātē. Qui archāgelus præcibus et mādatis dictoꝝ Ioan. et Pau. principaliter & inſolidū ſe obligando ꝓmiſit & ſolemni ſtipulatione cōuenit mihi. L. iudici ordinario & notario antedicto & infraſcripto vt publice ꝑſone recipienti & ſtipulanti ꝓ & vice & noie dictoꝝ. M. & Iul. pupillum & oium & ſingulos quoꝝ inter eſt: intererit: aut intereſſe poterit qūolibet in futuꝝ ſe factuꝝ & curaturum ita & taliter cū effectu oi iuris & facti exceptione remota & ꝙ dicti Io. & Pau. tutores & pro tpe curatores teſtārii prædicta oia & ſingula ſupraſcripta vt ſupra ꝑ eos & quēlibet eorū ꝓmiſſa attendent facient & obſeruabunt alias de ſuo ꝓprio ipſe archangelus facere & attendere & obſeruare ꝓmiſit & dictos. M. & Iul. pupillos & quemlibet eorum conſeruabit indamnes & penitus ſine damno. Obligans dictus Archangelus fideiuſſor prædictus pro prædictis omnibus & ſingulis ſupraſcriptis firmiter obſeruandis & adimplendis ſeipſum & eius heredes & bona omnia & ſingula præſentia & futura. Renuncians & cætera. Quibus per guarantigiā & cætera. Cui quidem actui &c. Rogantes vt ſupra.

¶ Inſtrumentum diuiſionis.

¶ Angelus quondam Laurentii de amideius per ſe &



ſuos heredes ex parte vna & Ioannes frater carnalis dicti Angeli filius dicti quondam Laurentii ex parte alia venire volentes ad diuiſionem infraſcriptorum bonorum & rerum quæ: & quas inter ſe dixerunt habere cōmunes: omni meliori modo via iure & forma quo qua & quibus magis & melius potuerunt & eis licuit & licet ad infraſcriptum contractum promiſſionem obligationem & pactum diuiſionis titulo concorditer peruenerunt videlicet ꝙ de dictis omnibus & ſingulis infraſcriptis bonis rebus & iuribus communi concordia fecerunt & cōſtituerūt duas partes hoc modo videlicet qa in vna prima parte poſuerunt et deſignauerunt infraſcripta videlicet: in primis vnam domū &c. Ponas confines Item duas vegetes: deſcribas bona mobilia: maſſeritias & credita. Quæ quidem ſupraſcripta prima pars ad dictum Angelum de communi ipſorum concordia & vtriuſꝙ conſenſu acceſſit & peruenit: & eam de conſenſu præſentia & voluntate dicti Ioannis dictus Angelus ſuſcepit elegit & acceptauit & de ea ſe eſſe tacitum & contentum pro parte ſua vocauit & aſſeruit: in alia vero & pro alia ſecunda parte poſuerunt & deſignauerunt infraſcripta bona videlicet. Vnū podere & cætera. Ponas confines. Item vnum lectum & cætera. Deſcribas maſſeritias credita & alia bona immobilia. Et hæc ſecunda pars eſt bona in ſecunda parte deſcripta de ipſorum communi concordia ad dictum Ioannem obuenit obuenerunt: & eam idem Ioannes de conſenſu præſentia & voluntate dicti Angeli elegit appræhendit & acceptauit & de ea ſe bene contentum & tacitum pro portione ſua vocauit & aſſeruit. Salua adiunctione de qua iſeries. Hoc tñ inter eos acto & per pactū expſſum ſolemni ſtipulatione vallatum: ꝙ quia pars dicti Angeli & quæ ad dictum Angelum peruenit ſatis melior eſt & maioris valoris & quantitatis portione dicti Ioannis

ideo Angelus ꝓmiſit & ſolemni ſtipulatione conuenit eidem Ioannis ibidem p̄ſenti & pro ſe & ſuis heredibus recipienti dare & ſoluere florenos qnquaginta auri largos dicto Ioanni & eius heredibus & ſucceſſoribus & cui vel qbus iura ſua cōceſſerit ꝑ raguaglio equiualētia & coeq̄tione dicte ſue portionis hinc ad ſex menſes ꝓxime futuros cum pacto ēt apposito in præſenti tractatu & ſolēni ſtipulatione vallato inter dictas partes: ꝙ dicta bona vel aliquid eoꝝ vel aliqua eoꝝ pars quoquo mō euinci vel abuocari contigerit occaſione alicuius litis cauſe qōnis vel controuerſie vel alterius cuiuſcunqꝫ moleſtationis: tūc & eo caſu damnū & incōmodū quodcunqꝫ qd exinde qūocunqꝫ ſequeretur tam occaſione bonorum ſic euictoꝝ vel abuocatoꝝ q̄ quarūcunqꝫ mercedum & expenſaꝝ factaꝝ pro defenſione & euictione dictorum bonorum intelligatur eſſe & ſit cōe īter dictos An. & Io. fratres p̄dictos & pro iuribus portione quilibet dictorum Angeli & Ioannis intelligatur eſſe & ſit obnoxius & particeps. Vel dicas melius poſtq̄ feceris partes: ante illud. Hoc tamen inter eos etc. Quapropter dictus Angelus titulo & ex cā diuiſionis p̄dicte fecit finem quietationem refutationem liberationem & pactū perpetuum de vlterius non petendo dicto Ioanni ibidem præſenti vt ſupra recipienti & ſtipulanti: de omni & toto eo ꝙ dictus Angelus in dictis bonis obuentis dicto Ioanni petere poſſet quacūqꝫ rōne iure mō vel cā vſqꝫ in præſentē diē. Et dedit ceſſit atqꝫ cōceſſit trāſtulit & mandauit atqꝫ remiſit eidē Ioāni vt ſupra recipiēti & ſtipulanti oīa iura & actiones reales & perſonales: vtiles & directas: meras & mixtas: tacitas & expræſſas: anormalas & conuentionales: quaſcunqꝫ alias quas & q̄ dictus Angelus habet vel habere poteſt & ſeu poſſet quomodolibet in futurum in dictis pro dictis & ſuper dictis bonis eidem Ioanni obuentis contra & aduerſus

quaſcunqꝫ



quaſcunqꝫ perſonas quomodocunqꝫ ad prædictas obligatas tam principales q̄ fideiuſſores & occaſione ipſaꝝ bonoꝝ ponens ipſum in locum & vniuerſum ius ſuū & conſtituens eum in procuratorem vt in rem ſuā ita ꝙ deinceps dictus Ioannes ſuo noīe ꝓprio vtilitet & directe dictis pro dictis bonis ſibi obuentiis in parte poſſit agere petere & cauſari & experiri excipere & replicare proſeq conſequi & ſe & dicta bona tueri: & oīa ſingula alia facere & exercere quæ qlibet verus dominus de re ſua propria facere gerere & exercere pōt: & quæ dictus Angelus facere poterat ante p̄ſentem cōtractū diuiſionis ꝓmittens & cōueniētes eidē Ioanni ꝙ de p̄dictis rebus & bonis ſibi obuentis nemini ius dedit ceſſit & cōceſſit ꝙ ſi cōtrariū appareret: ipſum ius pro eo reqrere & ipſum Ioannē & eius heredes & bona indēnem & indēnes indemnia & penitus ſine damno conſeruare & promiſit eidem Ioanni poſſeſſionē dictorum bonorum et rerum ſibi Ioanni obuentaꝝ: eidē Ioanni pro mediate tantū dare & tradere vacuam liberam & expeditam: & ab omni onere debitorem dotium & ſeruitutum exonerantam: quam accipiendi intrandi & deinceps retinenti ēt ſua propria authoritate & ſine licētia vel decreto alicuius iudicis vel curie eidem licentiam oīmodam dedit. Qua res & bona dicto Ioanni obuentas exnunc dictus Angelus præcario nomine conſtituit ſe pro dicto Ioanne tenere & poſſidere donec & quouſqꝫ dictorum bonorum: & rerum dictus Ioannes poſſeſſionem acceperit corporalem: & de prædictis rebus & bonis dicto Ioanni obuenti promiſit & ſolemni ſtipulatione conuenit dictus Angelus eidem Ioanni de cetero modo aliquo litē aliq̄ vel controuerſiam cauſam queſtionem vel nouitatem non inferre facere vel mouere per ſe vel alium in iudicio vel extra de iure vel de facto. Sed immo dicas res vt bona pro dimidia parte tantū ipſaꝝ reꝝ legitime ab

Q

oi homine pſona loco cõmuni collegio ſocietate & vni uerſitate defendere authorizare & diſbrigare in iudicio & extra de iure & de facto omnibus & ſingulis dicti Angeli ſũmptibus laboribus & expenſis iudicum: nota riorum & aduocatorꝝ & in ſe iudicium & cauſam ſuſci pere pro dimidia tantũ vt dictum eſt ſtatim lite mota. Et intelligatur lis mota per vnicam & ſimplicem citatio nem ius de nunciandi eidem pacto remittens. Et hæc omnia ſupraſcripta fecit idem Ioanni dictus Angelus quia ex aduerſo dictus Ioannes titulo & cauſa diuerſio nis prædicte fecit finem quietationẽ liberationem &c. Sequendo in omnibus & per omnia in perſona Ioãnis ſicut vt ſupra in pſona Angeli. Deinde ponas clauſulas generales cum pœnis obligationibus renunciationibus & aliis vt ſupra in aliis inſtrumentis. Similes diuiſiones vt plurimum fiunt per viam compromiſſi & laudi vt in fra in proceſſu in laudo videbitis.

¶ Confectio matrimonii.

¶ Item poſtea dictis anno in dictione &c. vt ſupra. Su praſcripti Io. & Pau. tutores & pro tpe curatores teſta/ mentarii & quilibet eorꝝ ſit vt ſupra decreti & cõfirma ti cõſtituti in pſentia mei. L. iudicis ordinarii & notarii infraſcripti ſcientes ſe teneri ad inuentarii cõfectionem de bonis rebus & iuribus dictorꝝ. M. & Iul. pupillorꝝ p dictorum & ipſum inuentariũ volentes conficere aucto ritate & decreto mei. L. iudicis ordinarii & notarii in/ fraſcripti illud cõficiẽdo. venerabili ſancte crucis ſigno præmiſſo: dixerunt aſſeruerunt & confeſſi fuerunt ſe in/ uéniſſe & inuenire in bonis rebus & iuribus dictorum pupillorum & cuiuſlibet eorum & dicte hereditatis di cti quondam Leonardi infraſcripta bona mobilia & im mobilia maſſeritias & iura & noia debitorꝝ & credito/ rũ & debita & credita & onera ad dictos pupillos & quẽlibet eorũ inſolidũ & in totũ ptinentia et ſpectãtia:



& q̃ ſunt iſta videlicet Primo pone bona imobilia deide mobilia & maſſeritias: poſtea debita & credita &c. Prote ſtantes dicti Ioannes & Paulus tutores pfati ꝙ neſciũt alia bõa vel iura dictorũ pupillorũ nec dicte hereditatis dicti olí Leonardi vel alicuius eorũ: & ſi q̃ alia iueniet huic iuẽtario quãto citius poterunt addẽt vel aliud de nouo ꝯficiẽt. Quibus oibus ſic pactis &c. Rogãtes &.

¶ Additio inuentarii.

¶ Item poſtea dictis anno in dictione die vero &c. Su praſcripti Ioãnes & Paulus tutores & pro debito tpe curatores: in pſentia mei. L. iudicis ordinarii & notarii i fraſcripti pſonaliter cõſtitui volẽtes addere dicto inuẽ tario ſupra p eos ꝯfecto de bonis rebus & iuribus dicto rũ. M. & Iul. pupillorꝝ ꝓut de iure tenent & debẽt: dixe runt & cõfeſſi fuerũt ſe de nouo inueniſſe & inuenire ta lia bona videlicet. Ponas bona &c. ꝓteſtantes &c. Cui actui interpoſui authoritatem &c. Rogantes &c.

¶ Actoria.

¶ Prefati Io. & Pau. tutores & ꝓ debito tpe curatores ſupraſcripti cõſtitui pſonaliter in pſentia mei. L. iudicis ordinarii & iã dicti & infraſcripti: aſſerẽtes ſe variis & diuerſis negociis ipeditos. Si eẽt tutrix: dicas & maxĩe ex debilitate ſexus dicte dñe &c. Propter q̃ non pñt nec poſſent dicte tutele & adminiſtratiõe pdicte aut circa dictã tutelã & adminiſtrationẽ pdictã: cõmode atrẽde re & vacare authoritate & decreto mei. L. iudicis ordi/ narii & notarii infraſcripti piculo tñ dictorꝝ Io. & Pau. & eorũ cuiuſlibet: eorꝝ heredũ & bonorũ & ego. L. iu/ dex ordinarius notariuſqꝫ antedictus & infraſcriptus ad petitionem & inſtantiam dictorũ Io. & Pau. tutorꝝ prædictorum eorũqꝫ & cuiuſlibet ipſorum periculo vt ſupra & omni meliori modo via iure cauſa & forma qui bus magis & melius potuerunt fecerunt conſtituerunt creauerunt & ſolemniter ordinauerunt eorum & cuiuſli

bet ipſorum & dictorum pupillorum & cuiuſlibet eorum viros et legitimos actores factores & certos nuncios ſpales: & quicqd melius dici & excogitari pōt. Philippū Michaelis ture de Scarparia ciuē florentinū: & Andrea Simonis &c. extende vt ſupra ꝓcuratorio & mādato ad oēs actus ṗterq̄ ad ſubſtituendū. Dātes &c. ꝓmittētes &c. ſub hypotheca &c. Qui Philippus & Andreas actores ṗdicti in ṗſentia mei. L. iudicis ordinarii et notarii antedicti & infraſcripti pſonaliter cōſtituti ad delationem mei. L. iudicis ordinarii & notarii anidicti & īfraſcripti iurauerant ad ſancta dei euangelia ſcripturis corporaliter manu tactis aīam & ſup aīam eorum & cuiuſlibet eorum. Ac ēt promiſerunt & ſolemni ſtipulatione cōuenerunt mihi. L. iudici ordinarii & notario antedicto & infraſcripto vt publice perſone ac ēt dictis Ioanni & Paulo tutoribus ſupraſcriptis recipientibus & ſtipulantibus pro & vice & nomine dictorum. M. Iul. pupillorum: & omnium & ſingulorū quorum intereſt intererit aut intereſſe poterit quomodolibet infuturum in dictis cauſa & cauſis & qualibet earum vtilia facere & in vtilia ṗtermittere pro dictis pupillis & quolibet eorum ipſoſq; & eorum bona res iura & cauſas defendere rem & in defenſos non relinquere: ſed eorum litibus ſe offerre: & omnia & ſingula alia facere ad quæ de iure tenentur & debēt: ſaluo eo ꝙ vti valeant veritate. Et quicquid ad eorum & cuiuſlibet eorum manus ꝑuenerit occaſione ipſius cauſę & cauſam eiſdem ad integrum conſignare & reſtituere. Sub hypotheca & obligatiōe eorum & eorum cuiuſlibet eorum heredum & bonorum omnium & ſingulorū præſentium & futurorum. Cui quidem actui authoritatem &c. Rogantes &c. vt ſupra: aduertas ꝙ tutor attilianus ſtatim expirat adita hereditate. Et qđ in tutelis teſtamentariis vt ſupra non eſt neceſſaria ſatiſdatio. Prę terea quando tu conficis inſtrumenta tutele: accipias bo



nos fideiuſſores alias tu de tuo teneris pupillis ad intereſſe. Nonnulli putant ꝙ in ſuo non ſit neceſſarius tutor atilianus: ſed melius eſt ꝙ ſit.

### ¶ Tutela legitima.

¶ Conſtitui in præſentia mei. L. iudicis ordinarii & notarii īfraſcripti deſcripti & matriculati in arte: & matriculata artis iudicū & notariū ciuitatis Florentiæ habentis & qui habeo tam a Romano imperio quā ex forma ſtatutorum & ordinamentorum cōis Florentiæ authoritatem interponendi decretum omnibus & ſingulis infraſcriptis: pro tribunali ad cautelam ſedente: & in infraſcripto loco quem pro loco idoneo congruo & decenti ad prædicta & infraſcripta elegi & deputaui. Carolus & Hieronymus fratres & filii olim angeli de Peruzis de Florentia dixerunt & expoſuerunt cum reuerentia ꝙ Antonius eorum frater carnalis filius olim dicti Angeli mortuus eſt & deceſſit ab inteſtato: & nullo prius per eū cōdito teſtamento iam ſunt quattuor mēſes ꝓxime elapſi & vltra: relictis & adhuc hodie ſuperuiuētibus ex eo & poſt eū Nicolao & Petro eius filiis legitimis & naturalibus minoribus & in minori & pupillari ętate cōſtitutis heredibus vniuerſalibus: vnuſqſq; eorum pro vna dimidia dicti olī Antonii natis ex dicto Antonio & dn̄a Smeralda eius tunc vxore legitima & legitimis coniugalibus: q̄ dn̄a Smeralda hodie trāſiuit ad ſecūda vota. Vel ſi deceſſerit teſtatus & nō ꝓuiderit de tutore: dicas. Nō ꝓuiſo de aliquo tutore in dicto ſuo teſtamento & qđ de iure & ſecundū formā ſtatutorum & ordinamētorum cōis Florentiæ tutela & ꝓ debito tp̄e cura dictorum Nicolai & petri ptinent & ſpectat ad dictos Carolū & Hieronymū tanq̄ ad patruos dictorū Nicolai & petri: Natres breuiter factū & parentelā ꝓut eſt. Quare petierunt & petiit a me. L. iudice ordinario: & notario antedicto & infraſcripto dari decerni conſtitui ordinari eli

gi & cõfirmati in tutoribus: & ꝑ tutoribus & de debi‐
to tẽpore curatoribus: dictoꝝ Nicolai & Petri pupillo
rum eoꝝ & cuiuſlibet horum nepotũ ex fratre & eiſdẽ
& cuilibet eoꝝ cõmitti & dari & geſtũ & adminiſtratio
nẽ gubernationẽ & regimẽ dictoꝝ Nicolai & Petri pu‐
pilloꝝ: earundemq; perſonaꝝ bonoꝝ rerum & iurium.
Offerentes ſe paratos ꝓmittere: cauere & ſatiſdare iura
re & inuentarium ꝯficere & renũciare: & oĩa & ſingula
alia facere ad quæ de iure tenent̃ & debẽt. Qua petitio
ne & expoſitione ſic audita. ego. L. iudex ordinari⁹ no‐
tariuſq; antedictus & ĩfraſcriptus: repeto oĩa & ſingu‐
la ſupraſcripta & ſupra expoſita & narrata vera fuiſſe
& eſſe: eidemq; annuens tanq̃ iuſte dictos Ca. & Hiero.
ibidẽ præſentes & vt ſupra petentes & voletes: & quẽli
bet eoꝝ dedi conſtitui decreui & ꝯfirmaui in tutoribus
& pro tẽpore debito curatoribus dictoꝝ Nicolai & Pe
tri pupilloꝝ eoꝝ nepotũ eiſdemq; Carolo & Hierony
mo tutoribus & ꝑ debito tp̃e curatoribus legitimis &
cuilibet eoꝝ inſolidum ſimul in ꝯcordia cõmiſſi geſtum
adminiſtrationẽ gubernationẽ & regimen dicte tutele
& ꝑ debito tẽpore cure: & pſone & pſonarum reꝝ bo‐
noꝝ: & iurium dictoꝝ pupilloꝝ & cuiuſlibet eorum &
eiſdẽ & cuilibet eorum rem: dictoꝝ pupilloꝝ & cuiuſli
bet eoꝝ tradidi & ſeu cõmiſſi dũmodo ipſi promittãt:
iurent caueant: & ſatiſdent & inuentarium cõficiant: &
omnia & ſingula alia faciant ad quæ de iure tenentur &
ſeu tenebunt & debent. Qui Ca. & Hier. conſtituti vt ſu
pra promiſerũt & ſolẽnibus ſtipulationibus conuenerũt
mihi. L. iudici ordinario & notario antedicto & infra
ſcripto vt publice perſone recipienti & ſtipulanti pro
vice & nomine dictorum pupillorum & eorum heredũ
& cuiuſlibet eorum: & pro omnib⁹ & ſingulis quorum
intereſt intererit aut intereſſe poterit quomodolibet in
futurum. Ac etiam iurauerunt ad ſancta dei Euangelia



ſcripturis corporaliter manu tactis ad delationem mei
. L. iudicis ordinarii & notarii antedicti & infraſcripti
vtilia dictis pupillis agere & inutilia prætermittere: eo
rumq; perſonas res & bona bonafide regere cuſtodire
& gubernare & dictam tutelam & pro debito tempore
curam bene fideliter & diligenter facere & exercere &
eorum & cuiuſlibet eorum adminiſtrationis & de ge‐
ſtis & adminiſtratis per eos & quemlibet eorum debito
tempore reddere rationem cum integra aliquorum reſti
tutione: & quicquid reliquorum nomine continetur.
pro quibus quidem Caro. & Hierony. & eorum præci
bus & mandatis Nicolaus olim Laurentii de Baroncel
lis ciuis florentinus ſciens ſe ad prædicta non teneri ſed
volens teneri & efficaciter obligari ex certa ſcientia &
non per errorem & omni meliori modo via iure & for‐
ma quibus magis & melius potuit: fideiuſſit: & fideiuſ
ſor extitit in omnibus & ſingulis ſupraſcriptis: & om‐
nium prædictorum cauſam: caſum & euentum pœnes
me. L. iudicem ordinarium: & notarium antedictum
& infraſcriptum: & publicam perſonam recipientem &
ſtipulantem pro & vice & nomine dictorum pupillo‐
rum: & eorum & cuiuſlibet eorum heredum: & pro
omnibus & ſingulis quorum intereſt intererit aut in‐
tereſſe poterit quomodolibet in futurum. Et promi‐
ſerunt & ſolemni ſtipulatione conuenerunt dicti tuto‐
res & pro debito tempore curatores & fideiuſſor. Et
quilibet eorum principaliter & inſolidum ſe obligando
mihi. L. vt ſupra recipienti & ſtipulanti: prædicta
omnia & ſingula ſupraſcripta perpetuo firma & ra‐
ta habere tenere attendere & obſeruare: & in vllo con‐
trafacere vel venire per ſe vel alium ſeu alios aliqua ra‐
tione iure: modo vel cauſa vel de iure vel de facto. Sub
pœna & ad pœnam dupli extimationis rei: unde pro
tempore ageretur: & inſuper florenorum cẽtum auri lar‐

gorum ſolemni ſtipulatione promiſſa in ſingulis & pro ſingulis capitulis pactis membris ſiue articulis præſentis contractus & inſtrumenti: & ſub refectione damnorum & expenſarum ac intereſſe litis & extra: quę pœna totiens cõmittatur & peti & exigi poſſit: & valeat cuꝫ effectu quotiens contrafactum fuerit ſine uentum quæ pœna cõmiſſa vel non ſoluta vel non: ſeu etiam gratis remiſſa: prædicta & infraſcripta omnia & ſingula nihilominus perpetuo firma & rata maneant: & perdurent: pro quibus omnibus & ſingulis firmiter obſeruandis & firmis & ratis habendis: & pro dicta pœna ſoluenda: ſi & quotiens cõmiſſa fuerit cum effectu obligauerũt dicti tutores & fideiuſſor: & cuilibet ipſoꝝ inſolidũ & in totum mihi. L. iudici ordinario & notario & antedicto & infraſcripto: vt præfertͬ recipienti & ſtipulãti ſeipſos & quemlibet ipſorum inſolidum: & in totum & ipſorũ & cuilibet ipſorum iſolidum & in totum heredes & bona omnia & ſingula pręſentia & futura. Renuncians in prædictis omnibus & ſingulis exceptioni non ſic facti & celebrati contractus: rei nõ ſic geſte: doli: mali: uis: metus fraudis: conditioni indebiti: ſine cauſa & ex iniuſta cauſa: in factum actioni: fori: priuilegio: noue nouarũ ꝙ conſtitutionũ de fideiuſſoribus: & epiſtolæ diui Adriani de fideiuſſoribus et pluribus reis debendis iſolidum: omniq; alii iuris legum canonum et ſtatutorum: conſtitutioni priuilegio et fauori edito vel edendo et iuri et legi dicenti generalem renunciationem non valere niſi præceſſerit ſpecialis. Quibus omnibus peractis auctoritatem et. Quibus per guarantigiam etc. Rogantes etc. Ego extendi has generalitates: quia magis mihi placẽt ꝙ ſuperiores alterius tutele: licet vtraq; ſint de ſtilo: iſte tamen ſunt breuiores. Eligas quas licet.

¶ Confectio inuentarii.

¶ Item poſtea dictis anno in dictione et cętera Supraſcripti Carolus et Hieronymus tutores et pro debito tempore curatores prædicti anteꝙ̃ ad alios actus ſe diuerterent. Scientes ſe de iure ad inuentarii confectionẽ teneri. Et volentes prout de iure tenentur inuentarium de bonis rebus et iuribus dictorum pilorum conficere: ipſum inuentario conficiendo. Ieſu Chriſti nomine inuocato ac ſanctiſſime Crucis venerabili ſigno præmiſſo: cõſtituti in præſentia mei. L. iudicis ordinarii et notarii antedicti et infraſcripti ſedentis ad cautelam intuitu defenſionis iuſtitiæ pro tribunali infraſcripto loco dixerunt et aſſeruerunt et confeſſi fuerunt ſe inueniſſe et inuenire in bonis rebus et iuribus dictos pupillorum ius adeundi: ſeu imiſcendi ſe in hereditate dicti olim Antonii eorum patris: ſeu repudiandi vel ab ea ſe abſtinẽdi. Dicentes et aſſerentes ſe ad præſens nulla alia bona res vel iura inueniſſe vel inuenire in hereditate et bonis ꝑdictis. Et ꝙ ſi alia inuenient in bonis dictorum pupillorum huic inuentario addent vel aliud de nouo conficient: prout de iure tenentur et debent. Quibus omnibꝫ ſic peractis & cætera. Rogantes &c.

¶ Additio hereditatis facta ꝑ tutorem legitimũ.

¶ Item poſtea ibidem & incõtinenti &c. Supraſcripti Carolus & Hierony. tutores & pro debito tempore curatores præfati ac etiam Petrus & Philippus pupilli ſupraſcripti cum conſenſu verbo: licentia & auctoritate dictorum Caroli & Hieronymi eorum tutorum prædictorum ac etiam mei. L. iudicis ordinarii & notarii antedicti & infraſcripti, & cuiuſlibet noſtrorum ibidem præſentium: & eiſdem licentiam conſenſum & paraboſam dantium & præſtantium: & quilibet eorum ſcientes & cognoſcentes dictum Anto. patrem dictorum Petri & Philippi pupillorum mortuum eſſe & deceſſiſſe ab inteſtato: & nullo prius per eum condito teſtamento vel vltima voluntate relictis poſt ſe dictis Petro &

Philipp. eius & aliis legitimis & naturalibus & nullis aliis filiis relictis maſculis vel fœminis habentibus & q habent dicto olim Antonio in eius hereditate ſuccedere: vel eum eis in aliqua parte concurrere. Et ſcientes & cognoſcentes dictam hereditatem eiſdem ab inteſtato delatum: vt ſupra fuiſſe & eſſe dictis pupillis potius vtilem & lucroſam quam in vtilem & damnoſam. Idcirco dictam hereditatem inſolidum inter ambos & pro vna dimidia pro quolibet eorum cum auctoritate dictorũ tutorum & dicti tutores tutorio nomine adiuerunt & apprehenderunt & in ea ſe imiſcuerunt. Dicentes & aſſerentes ſe dictis nominibus velle commoda & incõmoda dicte hereditatis ſupportare. Cui quidem auctoritatem &c. Rogantes &c.

¶ Inſtrũmentum inuentarii.

¶ Supraſcripti Carolus & Hieronymus tutores & p debito tempore curatores legitimi antedicti. Scientes ſe ad inuentarii confectionem teneri de bonis rebus iuribus dictorum pupillorum quæ remanſerunt in hereditate dicti Antonii olim patris dictorum pupillorum. Ieſu Chriſti nomine inuocato: ac ſanctiſſime crucis venerabili ſigno præmiſſo dixerunt & aſſeruerunt ſe inueniſſe & inuenire in hereditate & bonis dicti quõdam Antonii & dictorum pupillorum iſraſcripta bona videlicet. Ponas bona vt ſupra. Aſſerentes & affirmantes ſe ad præſens nulla alia bona res vel iura inueniſſe vel inuenire in hereditate vt bonis prędictis: & ꝙ ſi alia inueniẽt huic inuentario addent: ſeu aliquod de nouo cõficient. Cui quidem actui &c. Rogantes &c.

¶ Tutela datiua.

¶ Dñs Antonius de iuris de Ferraria vtriuſq̃ iuris doctor: necnõ iudex collateralis q̃rterioꝝ ſãcti ſpũs & ſancte crucis & aſſeſſor dñi Xpõfori de gratis de Bononia militis aurati ac magnifici pt̃atis ciuitatis florẽtiæ, Cognito ꝙ dñico pupillo filio quondam Franciſci Iacobi de Guidetis nõ fuerit teſtamentarius tutor relictus: & hi q vt legitimi fuerant admiſſi excuſati fuerint & ratio nabiliter excuſati ſolẽniter & legitime citatis agnatis & cognatis eiuſdem pupilli: inuenit Bernardum Leonardi de monte caſtelli ad ipſius Do. tutelam gerẽdam magis idoneũ. Quapp dictus Ber. ad mandata dicti Anto. iudicis collateralis & aſſeſſoris p̃dicti conſtitutus pſonaliter in pñtia dicti dñi Anto. iudicis collateralis & aſſeſſoris antedicti pro tribunali ſedentis ad eius ſolitũ iuris banchum pro iure reddendo vt moris eſt: ac etiam mei notarii publici infraſcripti deſcripti & matriculati in arte matricula artis iudicum et notariorum ciuitatis Florentiæ: dixit et expoſuit ꝙ Dionyſius olim Lamberti de caninis de Florẽtia mortuus eſt: et deceſſit. iam eſt annus proxime elapſus et vltra nullo per eum condito teſtamento vel alia vltima voluntate relicto poſt ſe: & ad huc hodie ſuperuiuente Dominico eiuſdem Dioniſio filio pupillo & in minori & pupillari etate cõſtituto & nullo relicto tutore dicto Dñico eius filio legitimo & naturali nato ex eo & dña Margarita ei⁹ vxore legitima: & ꝙ dictus Dñicus pupillus maior eſt. vii. annis & minor. xiiii. idiget tutore: q eius pſonam res bona gubernet & adminiſtret: & ꝙ tutela dicti dñici de iure deferebãt dicte domine Margarite ei⁹ matri: & ꝙ dicta dña Margarita tranſiuit ad ſecũda vota: vel eſt abſens: vel repetit dotes ſuas: & litigat cum dicto Dominico eius filio: & propterea nutris eſſe non poteſt. Quare petiit & petita dicto Antonio iudice collaterali & aſſeſſore prædicto & a mei. L. notario antedicto & iſraſcripto: ſeipſum dari decerni ꝯſtitui et confirmari in tutorẽ & p tutore dicti Dominici pupilli: & eidem committi geſtum &c. Supra in tutela legitima vſq̃ ad finẽ: & poſtea inuentariũ aditionem & alia. Et nota quod in tute

la teſtamentaria non eſt neceſſaria ſatiſdatio cum ad id non teneatur: quia fides eius & diligētia a teſtatore approbatur. Item nota ꝙ ſi teſtator abſoluit tutorem non tenetur reddere rationem & tunc non facies ei promittere: vel iurare præciſe de reddendo rationē. Sed poſtꝗ dixeris inuentarium de rebus eorum facere: ita ſubdas. Et rationem adminiſtrationis reddere non aliter ꝗ debuerit de iure: cum de ipſa a teſtatore fuerit abſolutus.

¶ Inſtrumentum curatoris adulto.

¶ Adouardum adultus filius &c. maior annis. xiiii. minor tamen. xviii. conſtitutus in pñtia mei. L. iudicis ordinarii & notarii infraſcripti vel talis iudicis vt ſupra dixit: & expoſuit: coram me. L. &c. vel tali iudice ꝙ dictus quondā Aloyſius eius pater deceſſit iam ſunt anni qnqꝫ proxime elapſi vel circa: nullo per eum c[o]ndito teſtamento vel alia vltima voluntate: relicto dicto Adouardo eius filio ad præſens adulto: & ꝙ ipſe Ado. indiget curatore qui eius pſonam res bona & iura gubernet & adminiſtret atqꝫ defendat: & ꝙ cura ipſius Ado. deſerebat̃ & defert̃ Franciſco eius patruo q eam negligit: vel ab ea ſe excuſauit & excuſat. Quare petiit a me. L. iudice ordinario: vel a tali iudice Petrum Franciſci de Pātaleonibus ibidem præſentem & eſſe volentem ſibi dari decerni conſtitui: & confirmari in curatore & ꝓcuratore legitimo ſui ipſius Ado. adulti prædicti: cum ipſe Petrus paratus ſit ꝓmittere &c. & ꝙ Petrus ꝓmiſit &c. vt ſupra in aliis tutelis. Sed nota ꝙ Florentiæ eſt cōis ſtilus: ꝙ huiuſmodi adulti & etiam pupilli maiores. vii. annis carentes tutoribus & pro tempore curatorib⁹ conſtituant procuratorem cum conſenſu iudicis ſupplentis defectum tutoris & pro debito tempore curatoris hoc modo videlicet.

¶ Inſtrumentum mandati factum a pupillo carente tutore cum conſenſu iudicis.



¶ Cyprianus olim Dñici de Giuntinis de Florētia pupillus maior annoꝝ. vii. & minor. xiiii. conſtitutus in pſentia egregii legum doctoris dñi Barnabe de acriſis de viſo iudicis collateralis & aſſeſſoris quarterioꝝ ſancti Spũs & ſancte Crucis magnifici & generoſi militis & egregii iuris doctoris dñi Baptiſte de maluzis de Regio poteſtatis ciuitatis Florentiæ: pro tribunali ſedentis ad eius ſolitum iuris banchũ ꝓ iure reddendo vt moris eſt ſupplentis in hac parte tutoris & ꝓ debito tēpore curatoris Aſſerens & affirmans ſe ꝓprio tutore & pro debito tempore curatore teſtamentario ꝗ legitimo quā etiam datiuo carere cum conſenſu verbo licentia decreto & auctoritate dicti dñi Barnabe iudicis collateralis & aſſeſſoris, pdicti ibidem pſentis & eidem Cypriano pupillo in pdictis & infraſcriptis oībus & ſingulis auctoritatis & conſenſum verbum licentiam. & auctoritatem dantis ac præſtantis: necnon vt ſupra ſupplentis vice & defectum tutoris & pro tempore curatoris: & omni meliori modo via iure cauſa & forma quo qua & quibus magis & melius potuit & pōt & ſibi licuit: & licet circa tamen reuocationem &c. fecit &c. vt ſupra in aliis mandatis.

¶ Redditio rationis adminiſtrationis.

¶ Certum eſſe dicitur: ꝙ Carolus olim Iacobi de Baroncellis ciuis & mercator Florentinus: de anno dominice incarnationis. M. cccclі. & de menſe octobris dicti anni vel alio veriori tempore in inſtrumento contento aſſumpſit tutelam: & pro debito tempore curam Sigiſmundi eius nepotes & filii olim Galeotti Iacobi de Baroncellis tunc minoris & pupilli: hodie vero maioris & ætatis legitime. Eiuſqꝫ Sigiſmundum tunc pupilli perſonam res bona & iura virtute dicte tutele & pro debito tempore comminiſtrauit vſqꝫ ad ætatem pupillarem & minorem dicti Sigiſmundi prout de dicto inſtrumē

to & aſſumptione tutele conſtare dixerunt manu dñi Nicolai Antonii de Romena ciuis & notarii publici flo rentini: ad qđ & contenta in eo relato habeat. Vnde ho die hac p̄ſenti ſupraſcripta die dictus Sigiſmundus con ſtitutus in p̄ſentia mei. L. notarii infraſcripti & teſtiũ ſu praſcriptorũ: ac ēt dicti Caroli eius tutori: & pro debi to tpe curatoris p̄dicti ibidem p̄ſentis: & ꝓ ſe & ſuis he redibus & ſucceſſoribus recipientis & ſtipulantis: ſpon te & deliberate: nõ vi dolo vel metu: ſeu aliqua alia ma chinatione circũuentus: ſed ex eius certa ſcientia & nõ per errorem aliquem iuris vel facti: & omni meliori mo do via iure & forma quibus magis & melius potuit & poteſt & ſibi licuit & licet: dixit & aſſeruit: & confeſſus & contentus fuit dictum Carolum olim eius tutorem & computum ſuæ adminiſtrationis de omni & toto eo quod adminiſtrauit & adminiſtrare debuit circa perſo nam & res: & bona ipſius Sigiſmundi occaſione ipſius tutele: & pro debito tempore cure plene ac aperte ſibi condidiſſe & reddidiſſe. Viſis & inſpectis & cognitis actis & ſcripturis tam publicis q̃ priuatis adminiſtratio nis eiuſdem. Et quod integre ſibi redit reſtituit & conſi gnauit omne id totum. Et quicquid ad eum & eius ma nus peruenit de bonis rebus & iuribus ipſius Sigiſmũ di occaſione adminiſtrationis dicte tutele q̃ fecit & fa cere debuit in bonis & circa bona ſua & ipſum illud vi delicet qđ in reliquis & reſiduis fuit: & ipſa omnia reli qua & reſidua: & qcquid reliquorum nomine continet & omnia & ſingula infraſcripta bona & poſſeſſiones ha buiſſe & recepiſſe: & ſibi tradita coſignata fuiſſe a dicto Carolo olim eius tutore: & pro tempore curatore ſupra ſcripta: approbans ex nũc ratificans emologans et confir mans dictus Sigiſmundus ipſos actus & acta: rationes & ſcripturas: & omne id totum: & qcquid per dictum Carolum olim eius tutorem & pro debito tempore cu



ratorem dictum actum geſtum adminiſtratumue fuit in bonis rebus & iuribus: & circa bona res & iura dicti Si giſmundi olim pupilli: & hodie maioris & ætatis legiti me. Et omnes & ſingulas poſſeſſiones datiões: & pacta & contractus quoſcunq; a dicto Carolo olim eius tuto re: & pro debito tempore curatore occaſione dicte tute le: & ꝓ debito tempore cure facte: & de qbus omnibus vocauit ſe bene pagatum tacitum & contentum. Qua propter dictus Sigiſ. olim pupillus: & hodie maior: & ætatis legitime ꝓmiſit & ſolẽni ſtipulatione cõuenit di cto Carolo ibidẽ p̄ſenti: vt ſupra recipiẽti & ſtipulanti decetero vllo vnq̃ tpe nõ petere: nec peti facere p ſe vel per aliũ in iudicio vel extra dicto Carolo vel eius here dibus: aut ab altero pro ipſo aliqd aliud occaſione di cte tutele & pro debito tempore cure & adminiſtratio nis eiſdẽ bene vel male geſte: aut occaſione iuentarii nõ confecti ēt debito tpe: vel repertorii legitime nõ confe cti & celebrati: vel ꝙ reddat eidem decetero rõne vel re liqua reſtituat. Et nullo vnq̃ tpe in futurũ dicere vel op ponere per ſe vel aliũ in iudicio vel extra de iure vel de facto: ꝙ ratio non fuerit: vel ſit ei reddita: & reliqua & quicquid reliquorum nomine continetur integre pręſtita & reſtituta. Et nullam aliam contrarium exceptio nem vel defenſionem ſeu negationem iuris vel facti con tra aliquod prædictorum vel infraſcriptorum in aliquo dicere facere vel opponere eidem Carolo olim eius tu tori: & pro tempore curatori vel eius heredibus & ſuc ceſſoribus. Inſuper dictus Sigiſmundus per ſe & ſuos heredes vt ſupra fecit finem quietationem refutatio nem abſolutionem & pactum perpetuum de vlterius non aliquid petendo dicto Ca. ibidem præſenti & pro ſe & ſuis heredibus recipienti & ſtipulãti de oi & toto eo qđ ab eo vel ſuis heredibus & ſucceſſoribus petere et exigere poſſit occaſione dictæ tutele: et pro debito tpe

curie & adminiſtratiōis eiuſdem bene vel male geſte: ſeu alia quacūq ratione vel cā: cum ſcriptura vel ſine publica vel priuata: pure. in diem vel ſub conditione. Et hoc ideo fecit dictus Sigiſmundus: quia ſibi vt ſupra de prędictis vocauit ſe bene pagatum tacitū & contentum: exceptioni non numerate pecuniæ oino renunciās. Liberans dictus Sigiſmundus dictū Carolū per aquilianam ſtipulationem & acceptilationem ſubſequentem ligitime interpoſitam. Quę omnia &c. Sequere vt ſupra clauſulas generales in contractu finis.

Inuentarium.

In dei nomine amen. Hoc eſt inuentarium factum in domo habitationis & ſolite habitationis Bernardi Nerei de Azarolis: de bonis rebus & iuribus in dicta domo exiſtentibus per Auguſtinū iuliani de lauſredinis ciuem florentinum in præſentia mei. L. notarii infraſcripti & teſtium ſupraſcriptorū. Qui Auguſtinus Ieſu Xpi nomine inuocato ac ſanctiſſime Crucis venerabili ſigno præmiſſo: dixit & aſſeruit & confeſſus fuit ſe inueniſſe & inuenire in dicta domo habitatiōis dicti Bernardi infraſcriptas maſſeritias res bona et iura īfraſcripta: videlicet. Ponas bona primo mobilia deīde īmobilia: poſtremo iura et actiōes credita et dbita. Seqre vt alias vſq ad finē.

Inuentarium confectū ab executionibus teſtamenti.

In dei noīe amē &c. Nouerint vniuerſi & ſinguli hoc pſens publicum inſtrm & inuentarium inſpectari: qliter nobiles viri Philippus Franciſci de ſpinelliis ciuis Florētinus & Leonar. olim vannelli de Florentia executores teſtamēti & vltime volūtatis Frāciſci Nicolai de Vbertinis de Florentia put de dicto teſtō conſtare dixerunt publicum inſtrm publice ſcriptū rogatum & publicatū manu dñi Petri Garoli ciuis & notarii florentini conſtituti in pſentia mei. L. notarii infraſcripti: & teſtiū ſupraſcriptorum Ieſu Chriſti nomine inuocato: ac ſanctiſſime

Crucis



Crucis venerabili ſigno præmiſſo fecerunt inuentariū de bonis rebus & iuribus dicti quondam Franciſci de Vbertinis & quæ in eius hereditate & bonis fuerūt & remanſerunt: & ſunt dixeruntq & confeſſi fuerunt ſe inueniſſe & inuenire in hereditate & bonis olim dicti Frāciſci de Vbertinis infraſcriptas maſſeritias: res bona & iura hoc modo deſcripta: contenta & cōfinata videlicet ponas bona ut ſupra & ea quæ non vales bene dicere latino ſermōe dicas uulgariter ad hoc vt facilius intel'igatur: ſequere vt ſupra. Rogans &c.

Additio hereditatis cum beneficio inuentarii.

Quoniam benigna legū decreuit authoritas vt heredes defunctorū poſſint eſſe ipſorū heredes cum confectione & beneficio inuentarii: vt non teneant creditoribus hereditatis niſi quatenus vires hereditarie patiunt. Et vt actiones ipis creditoribus cōpetentes nō cōfundant: & vt beneficio legis falcidie & aliis bñficiis ipſis heredibus ad iure conceſſis vtant: & vti poſſint: & valeant: iō Bernardus olim Matthei de vannellis ſciens & cognoſcens Mattheū eius patrem mortuū eſſe & deceſſiſſe ab inteſtato: iā eſt menſis pxime elapſis & vltra relicto poſt ſe dicto Bernardo ei vnico filio maſculo legitimo & naturali: & nullis aliis relictis filiis vel aliis deſcendētibus maſculis legitimis & naturalibus habentibus & qui habeant dicto Mattheo ſuccedere vel cum dicto Bernardo in aliqua parte concurrere. Et ſciens & cognoſcens dictam hereditatem eidem inſolidum eſſe delatam. Timens tamen: ne dicta hereditas nimis foret debitoribus & legatariis & ere alieno grauata: volēs vti & vti poſſe & gaudere beneficio legis & inuentarii: vt vltra vires hereditarias legatis & fideicommiſſis ſingularibus ſeu vniuerſalibus & ſeu ere alieno prægrauetur ad hoc vt falcidiam & tribellianicam detrahere poſſit: quatenus eidem a iure permittitur: & vt omnem caſum euentum

R

clarum & certũ ſit quid & quantũ reſtitui debeat here
dibus ſubſtitutis iſta verba cadunt potius in hereditate
delata ex teſtamento per dictum teſtatorem: & omni me
liori modo via iure & forma qbus magis & melius potu
it dictam hereditatem adiuit & ſeu appræhendit & ſeu
& in ea ſe immiſcuit cũ beneficio inuentarii: ꝓteſtans in
principio medio & fine præſentis contractus & aditio
nis: ꝙ beneficiis & fauoribus iure cõceſſis adeũtibus he-
reditatẽ cum beneficio inuentarii & illud incohantibus
& complentibus infra tempus & tẽpora a lege ſtatuata
frui & gaudere poſſit infra tempus & tempora ſibi a le
ge permiſſa atq; conceſſa. Rogans &c. Deinde adeas iu
dicem competentẽ & exhibeas talem qualẽ petitionẽ &
narratis prædictis facias citari debitores & legatarios
& demum facias inuentarium prout infra

¶ Inuentarium ab herede confecto & additio here ditatis cum beneficio inuentarii.

¶ Certum eẽ dicitur ꝙ Camillus olim Federici de Reſ
ſelleſchis de Florentia ſanus tunc: vna mente & intel
lectu: licet corpore languẽs: ſuum ſine ſcriptis nuncupa
tiuum condidit teſtamentum & vltimam voluntatẽ: in
quo plura diſpoſuit & legauit inter cætera ſibi heredẽ
vniuerſalem e voluit Loyſiũ eius fratrem carnalem & fi
lium dicti olim Federici prout de dicto teſtamento con
ſtare dixerunt publicum inſtrumentum publice ſcriptum
rogatum: & publicatũ manu domini Angeli Alexãdri
de Caſceſio ciuis & notarii florentini de anno domini
proxime præterito. M.cccc. lxxii. & die quintadecima
Auguſti dicti anni & ꝙ poſtea de dicto anno & menſe
Octo. proxime præteriti & poſt dictum conditum teſta
mentũ & vltimã voluntatẽ dictus Camil. teſtator mor
tuus eſt & deceſſit nullo alio per eũ cõdito teſtõ vel alia
vltima volũtate: relicto poſt ſe adhuc hodie ſupuiuẽte
dicto Loy. eius fratre carnali herede iſtituto prædicto



& nullis aliis relictis hñtibus dicto Camillo ſuccedere
ex teſtamento vel ab inteſtato vel cum dicto Loyſio in
aliqua parte concurrere. Vnde hodie hac præſenti ſupra
ſcripta die dictus Camillus heres iſtitutus predictus vo
lens non inconſulte: ſed cum beneficio inuentarii heredi
tatem dicti olim Camilli olim fratris ſui adire & in ſe
ĩmiſcere: ne vltra vires hereditarias ad nihilũ quomodo
libet teneatur vel teneri poſſit: & vt beneficia iuentarii
hmõi reſeruata ſibi ad integrum ſuccurrant & reſeruen-
tur Ieſu Xpi ſaluatori noſtri nomine inuocato: ac ſan-
ctiſſime Crucis venerabili ſigno præmiſſo: conſtitutus
in preſentia mei. L. notarii infraſcripti & teſtium ſupra
ſcriptorum. Necnon. L. M. &. P. ciuium mercatorum flo
rentinorũ locupletum qui oẽs & ſinguli & quilibet eoꝝ
habent in bonis de per ſe valorem florenorum quingen
torum & dominorum. F. C. T. &. A. notariorum & ci-
uium florentinorum ex commiſſione nobis facta per iu-
dicem collateralem & cætera.

¶ Inſuper agnatis cognatis & legatariis & fideicom-
miſſariis creditoribus omnibus & ſingulis dicte heredi-
tatis & requiſitis præſens inuentarium de bonis rebus
& iuribus dicti olim Camilli & hodie eius hereditatis
in hunc modum & formam facere procurauit & facit
videlicet. Ponas bona vt ſupra. Aſſerens & affirmans ſe
nulla alia bona res vel iura ad præſens inuenire in dicta
hereditate & bonis dicti olim Camilli: & ꝙ ſi alia inue
niet huic inuentario addet vel aliud de nouo conficiet.
Rogans & cætera.

¶ Io Luigi di Federico de Roſii ho facto fare queſto in
uẽtario di tutti beni & coſe che ſe trouato nella heredi
ta di decto Camillo: e a fede di cio mi ſonno ſcripto di
mia ꝓpria mano decto di ĩ p̃ſentia di decto ſer notario
& de dicti teſtimonii & q̃ttro mercadãti ſopra noiati.
¶ In ſubſcriptiõe tua dicas. Ego. L. etc. p̃dictis oib⁹ etc.

ex commiſſione & mihi facti & data per talem iudicem
& facias ſubſcribi dictos q̃ttuor legales & bonos viros
qui habeant in bonis valorem florenorum quingento/
rum hoc modo videlicet.
¶ Io Martino fui præſente a tutte le ſopraſcripte coſe
& alla celebratione & cõfectione: del ſopradicto inuẽta
rio inſieme con decti infraſcripti. N. L. & P. per vigore
di cõmiſſione a noi data p il iudice collaterale del quar/
tier de ſancto Spirito & di ſancta Croce de p̃ſente po/
deſta di Florentia: & perho mi ſonno ſottoſcripto di
mia propria mano decto di &c. Facias prius adiri here
ditatem & poſtea addes iudicem & narratis prædictis
facias cõmitti tibi et ſupraſcriptis quattuor legalibus vi
ris et poſtea facias ſubſcribi a quattuor notariis: hec mõ
videlicet ego Baldaſar Alberti de Bõdonibus ciuis &
notarius florentinus ſupraſcripto inuentario vt ſupra fa
cto & eius confectioni interfui vna cum ſupra nomina/
tis ciuibus & infraſcriptis aliis notariis & ad fidem prę
miſſorum de mandato dicti iudicis collateralis & curie
me ſubſcripſi hodie hoc pręſenti ſupraſcripta die & poſt
confectionem redeas ad iudicem interponat decretum.
Sed nota q̄ hæc cautela & beneficiũ non reuelat ciues
Florentinus vigore noſtrorum ſtatutorum quæ hoc tol
lunt ad euitandum fraudes: ſed nouiſſime inceptum eſt
practicari q̄ minores poſſint adire cum beneficio legis
inuemtarii & cum conſenſu iudicum: cum ſtatutorum
loquatur in maiore.

¶ Additio hereditatis.

¶ Annibal & Laurentius fratres & filii olim Gerardi
de cẽturionibus de Floren. ſciens & cognoſcentes dictũ
Ge. eorũ patrẽ mortuũ eſſe & deceſſiſſe ab ĩteſtato & nul
lo prius per eũ condito teſtõ vel alia vltima volũtate iã
ſunt ſex menſes vel circa: relictis poſt ſe & adhuc hodie
ſuperuiuentibus dictis annibale & Laurentio & Ber/



nardo fratribus & filiis diui Gerardi: & nullis aliis reli/
ctis filiis maſculis vel fœminis vel aliis deſcendentibus
legitimis & naturalibus habentibus & qui habebant di
cto Gerardo ſuccedere vel cum dictis Ani. Lau. & Ber.
in aliqua parte concurrere & ſcientes et cognoſcentes di
ctam hereditatem eſſe ſibi potius vtilem lucroſam q̃ vti
lem & damnoſum: Idcirco dicti Ani. & L. omni melio/
ri modo via iure & forma quibus magis & melius po/
tuerunt eis licuit & licet hereditati eiſdem vt ſupra ab in
teſtato delate per duabus tertiis partibus & pro omni
rata. & portione ſibi qũolibet tangente & ſpectante ſe
immiſcuerunt & illam adiuerunt. Si vero eſſet alius q̃ fi
lius qui adiret hereditatem dicas Adiuerunt & appræ
henderent aſſerentes ſe velle commoda & incommoda
dicte hereditatis ſupportare. Rogantes etc. Narres mor
tem prius vt ſupra & poſtea ſuper exiſtentiam: deinde
parentelam prout in veritate factum ſe habet.

¶ Repudiatio hereditatis.

¶ Dñicus Franciſci olĩ alamani de agolantibus de Flo
rentia conſtitutus in p̃ñtia mei. L. notarii infraſcripti &
teſtium ſupraſcriptorũ ſciens & cognoſcens Galeazum
eius patruũ & fratrem dicti olim Dñici & filium dicti
olim Franciſci mortuũ eſſe & deceſſiſſe ab inteſtato vt
ſupra. Vel dicas ex teſtõ: & ſuo prius p eũ condito teſtõ
& vltima voluntate in quo inter cætera ſibi heredẽ vni
uerſalem inſtituit dictum Dñicum eius nepotem iam
ſunt duo anni vel circa relicto poſt ſe dicto Dñico eius
nepote & nullis relictis filiis maſculis vel fœminis legi/
timis & naturalibus vel aliis deſcendentibus aſcenden/
tibus & ſeu tranſuerſalibus habentibus & qui habeant
dicto Galeazio ſuccedere vel cum eo in aliq̃ parte con/
currere ſciens & cognoſcẽs dictã hereditatẽ eſſe ſibi po/
tius inutilem & dãnoſam q̃ vtilem & lucroſam. Idcirco
dictus Do. ex certa ſcientia & non per errorem aliquem

iuris vel facti: & oī meliori modo via iure & forma qbꝰ
magis & meliꝰ potuit & pōt & ſibi licuit & licet dictā
hereditatē ſibi ab ītestato vel ex teſtō vt ſupra delatā.
Ponas cām ex qua ſibi defert: qa neceſſarius eſt heredē et
ſeu ſucceſſorē certo ſcire ex quo iure adeat: vel repudiet:
repudiauit & renunciauit & ab ea ſe abſtinuit: aſſerens
ſe nolle cōmoda & incōmoda dicte hereditatis ſuppor
tare. Nota ꝙ ex forma noſtrorum ſtatutorum ad hoc vt
valeat & reuelet in aliquo ex conſiliis cōmunis Floren
tiæ debet notificari infra menſem a die reputationis: ſi
eſt facta in ciuitate: alias ſi eſt facta extra ciuitatem de/
bet notificari infra duos menſes vel ſecundum loci di/
ſtantiam: & ſolui debet certa taxa videlicet vnum flore
norum: vnam libram: & vnum ſolidum inter omnia de/
bet fieri notificatio in hæc forma.

¶ Notificatio repudiatis.

¶ Domini Codi Franciſco Dalamano agolanti popu
lo &c. Rifiuto la redita di Galeazo ſuo zio & figliolo
fu dicto Franceſco ſotto di. xii. de Luglio. M. cccxcii.
charta per mano di Lorenzo notaio & citadino Floren
tino ſotto detto di.

¶ Inſtrumentum tranſactionis.

¶ Certum eſſe dr̄ ꝙ de anno dominice icarnatiōis. M.
cccclxxx. & de mēſe Auguſti dicti anni Lucas olim Gui
lielmi de ſpinis de Florētia ex vna: & Lambertus olim
Anaſtaſii de albizis de Florētia ex parte alia: contraerūt
ſimul inuicem & viciſſim quādā ſocietatem ad traffican
dum & mercantias faciendū in curia Romana & ꝑ alia
loca opportuna. Et ꝙ dictus Lucas ꝑ ſua portione & ra
ta ſibi tangēte in capitali & corpore dicte ſocietatis mi
ſit florenos mille auri largos: & dictus Lābertus miſit &
ꝑmiſit & poſuit pro ſua rata & portione in dicta ſocie
tate pro capitali & corpore florenos quadringētos qn/
quaginta auri largos. Cum pacto: ꝙ de lucro fiendo in



dicta ſocietate: ſimiliter de dāno ꝙ deus auertat qlibet
eorum participaret pro dimidia: & inſpecta qualitate
& induſtria dicti Lamberti qui in ſimilibus multum be
ne erat & practicus & expertus. Et cum aliis pactis mo
dis & conditionibus prout cōſtare dixerunt dicte par/
tes per quādam ſcriptam & cautionem priuatam inter
dictas partes confecta manu Laurentii de fiorinis ſenſa
lis in ciuitate Florentiæ ſubſcripta manu propria dicta
rum partium ſub dicta die ad quam & contenta in ea re
latio habeatur: & ꝙ dictus Lambertus geſſit & admini
ſtrauit facta & negocie dicte ſocietatis. Et quod de pręſenti anno domini. M. cccxcii. dicta ſocietas expirauit
& eſt finita. Et ꝙ dictus Lucas egit in curiam mercantie
ciuitatis Florentie contra dictum Lambertum: peten/
do ab eo quod reddet computum adminiſtrationis ſue
& de geſtis & adminiſtratis per eum in dicta ſocietate.
